magna requiras a me. **C**ontenta igitur debes  
esse de modicis istis. **Q** si dixeris mihi: quod  
culpa mea est: quod tam modica sunt mihi dona-  
ta: et propter hoc modicitas eorum non debet mi-  
hi procurare nec excusare ius quo minus magna  
debeam. **R**espondeo tibi in hoc: quod si quis debitor  
alieni census: ad omnimodam paupertatem ad-  
uenerit: ita uidelicet ut soluere illum non pos-  
set. **N**emo requirit ab eo ut tempore tate paup-  
tatis debitum homini soluat: nemine namque requiritur  
quod ei impossibile esse scitur: persertim si impossi-  
bilitas eiusdem uoluntaria non sit et placita. **T**u  
autem uides quia mihi non placeat ista modici-  
tas vel paupertas: que me non sinit tanta ac ta-  
lia facere in pre ista que merito essent placita  
tibi et accepta. **A**d hoc enim intendo ut possim  
enitor: ut augeat mihi miserator largissimus  
deus: dona sua quibus ad ipsum redeas: et que  
placeam. **C** Si quis etiam in egritudinem uel  
infirmam licet propria culpa incidit in illa:  
**N**emo tamen ab eo requirit ut agat fortia: et pfe-  
rat dura. **N**emo requirit ab eo actus pugilum  
vel agonistarum. **N**on debes igitur exigere a me  
tam magna et fortia tempore infirmitatis. **Q**nto  
merito et iure posses tempore sanitatis et for-  
titudinis. **Q** si tanta a me iudicas requirenda  
quatorum debitor essem tempore sanitatis:  
**N**on debes igitur impedire vel obistere mi-  
hi: quo minus saner vel fortificer. **N**emo enim  
qui solutionem creditoris querit: et habere  
uult: impedit debitorem suum quo minus soluendo

soluendo efficiat. nisi forte qui magis vult pe-  
nam debitoris quam solutionem debitorum suorum.  
hoc autem est malignitas diabolica que procul-  
dubio non vult peccatores diuites fieri: ne sol-  
uant debita peccatorum suorum: quorum solutio  
penalis satisfactio vel emendatio est. Et simi-  
liter nequitia hec est in quibusdam taberna-  
rijs vel potius cauponibus: qui malunt pro ma-  
lignitate voluntatis sue verberare ribaldos:  
quam solui sibi copotum suum. Non debes igitur mihi  
obstare quo minus diues efficiar: ad soluen-  
da debita in quibus teneor tibi. hec autem sunt  
penales emende. Ista tamen obstentia in iudi-  
cium tuum est et detrimentum. Amplius pro hac  
viam impedis: ne ego iustus efficiar. Iustus  
autem est solus ille qui plena possidet iusticia. Im-  
pedis ergo te ipsum per hanc viam: et obstas  
quo minus tu me ipsa recupes atque possides:  
Et quod videtur deterius tueris et conseruas  
inimicos tuos capitales: in possessione iuris  
tui: quod ego ipse sum. Amplius ride mihi ob-  
secro o pulcherrima dei iusticia: aut placet tibi  
sole pene infernales et perpetue: aut placet tibi  
bi alie. Quasi ille sole placet tibi: non placet  
igitur tibi de peccatoribus nisi mors ipsorum perpetua  
atque damnatio hoc autem est in quo euidenter co-  
cordes cum demonibus. hoc enim ipsi semper su-  
per omnia volunt de peccatoribus. Preterea placi-  
tum illud non est bonitatis: sed malignitatis.  
Tu autem bonitas verissima et purissima es. Si  
vero alie pene placet tibi cum nulle alie sint:  
nisi que faciunt ad emendationem et correctio-  
nem peccatorum. Illis enim satisficit de vindicta  
gloriosa: de exterminio et expugnatione inimi-  
corum tuorum: quos maxime odisti: vicem iniusti-  
ciarum que sunt vitia et peccata. Eisdem etiam satisficit  
tibi de iure tuo: quod tibi per illas plene et meliora-  
tione restituit: vel saltem ad restituendum prepa-  
ratur: dum ad expulsionem iniustorum detentorum  
per eas litigat pariter et pugnat. Absit ergo a te  
ut opprimas me opus tuum et consilium impiorum  
adiuuas. Placent igitur non immerito pene peni-  
tentialia quas et ego mihi propter te amore tuo  
irrogas: et ad hoc ut possim intendere: ut tante et  
tales sint pro quas de vindicta tibi pro tuo benepla-  
cito satisfiat. Sola ergo peccata mea cum ipsis  
demonibus obstant: mihique aduersant: et que  
niam excoicata sunt atque a creatione creatoris et  
omnium sanctorum anathematizata: hoc est sepa-  
ta. Propter hoc ego enitens euitare ea: et fuge-  
re ab eis. Quam igitur fortis tua sanctissima sp-  
ritus benedicenda iusticia non coicas eis: qui omni-

um penarum atque tormentorum instrumentis im-  
pugnans ea. Et de templo sancto tuo tanquam ex-  
coicata eijcere non cessas. In hoc enim orationi  
tue omnia tormentorum et penarum genera deser-  
uiunt. Et nihil timore tuo nihil etiam punitione  
illa vel debilitant vel contempserunt vel prozusus ex-  
pellunt. Et hec attendens domine misericordie: me-  
morabor iusticie tue solius. In his que dictu-  
rus sum in presentia coram te: et allegabo iustici-  
am tuam solam pro me: qui propriam meam iustici-  
am et debitam conspicias non habere. Dicam quod  
ius tuum in omnibus et pro omnia ego sum: et hoc iu-  
re et debito creationis tue. Creasti me domine ie-  
su christe: deus meus: vnus verus ac solus. Jus-  
tum ego sum hereditarium: te enim constitu-  
it deus pater herede vniuersorum: pro quem fecit  
et secula. Sicut tu ipse pro os apostoli tui testificat-  
us in epistola eiusdem: ad hebreos. Tuus sum iure  
amicitie et amoris eius qui te diligit deus pater  
per hanc enim tantam tanquam sinceram et perfectam ami-  
citiarum: necesse sunt omnia que patris sunt tua  
esse. Omnium enim amicorum vere perfecteque ama-  
tium: necesse est esse communia. Tuus etiam  
sum iure et titulo emptionis: sicut pro eundem  
apostolum testificatus es dicentem. Empti estis  
pretio magno. Et iterum. Qui dedit seipsum redem-  
ptionem pro nobis pro eundem. Tuus etiam sum iu-  
re mercedis et retributionis: pro magifico acce-  
ptissimoque obsequio: quod deo patri in sacra-  
tissima persona tua impendisti: tibi ab eodem pro-  
missio sicut ipsemet testatus est per Esaiam dicentem  
Pro eo qui tradidit in mortem animam suam: et cum  
impis deputatus est: videbit semen longeuum  
et fortium diuidit spolia. Tuus etiam sum bello  
iustissimo tibi acquisitus: illo vicem pro quo  
ipse testificatus es dicens ad patrem. Uel eccle-  
sia tua loquens ad eundem. Obumbrasti super ca-  
put meum in die belli. Et tibi namque et ecclesie tue  
rectissime congruit intellectus sermonis istius:  
super caput tuum: et etiam super totum corpus tuum: ob-  
umbravit deus pater in die belli: qui fuit dies  
victoriosissime passionis: qua potestates ae-  
reas debellasti: palam triumphans principatus  
et potestates in te ipso. hoc fuit plium magnum  
quod tu verus michael platus es: ibi cum dracone  
scilicet antiquo serpente: quo bello proiectus est de ce-  
lo ecclesie tue. Tuus etiam sum iure sanctissime  
adiudicationis: quod tibi adiudicatus sum in iudicio il-  
lo: in quo tu ipse ore tuo sanctissimo dixisti. Nunc iudi-  
cium est mundi: In ipsa namque sacratissima inui-  
ctiosissima passione tua: cum tuam imo meam  
scilicet et aliorum credentium allegabas: et orando et

temetipsum offerendo pro nobis. propter quod iudicio sanctissimo dei patris adiudicati fuimus diabolo. Et ideo abiectus est foras de possessione qua nos possidebat. adiudicati sumus tibi. qua propter intrasti possessionem nostram per sacramentum regenerationis plene obtinens possessionem nostram. Ius tuum etiam sum iure donationis: qua donatus dono tibi sum ad ipsam petitionem tuam qua dixisti ad patrem orans: non pro mundo rogo sed pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me. De his ego sum per gratiam tuam. Vnde ego enim credo in te. quoniam fidenter in te. et pervenire enitor ut possim ad te. et in te. vix ut totus sim in te. sicut palme in vite: sicut arbor plantata in terra benedicta. ut totus vivam ex te. duabus. scilicet quasi radicibus cordis mei radicatus infixus in te. ubi ex toto infugam vitale nutrimentum aie mee: ex quo vivam et tibi fructificem. quod est dicere fructus feram tibi delectabiles et placitos: et qui non pereant sed maneat. quia propter quod tuus est et ad te iure et ex debito priner: id multiplici iure plenissimeque / liberare de manibus inimicorum tuorum / saluare atque defenderet tueri ab eis debes. Si enim aliena iura eis quibus auferant iustissime restituas eis quorum iure sunt. quanto fortius hoc tibi ipsi debes. Te namque plurimi qui iniuriam patiunt confidenter requirunt: ut iusticiam facias eis de inimicis suis iniuste: quibus iniuste ab eis sunt ablata restituens spoliatis. Hoc inquit petunt a te tanquam iuris debitum petentibus. Quanto fortius igitur habet tibi ipsi debes vix esse tibi in iure tuo. propter quod aliter enim alii sperare poterunt a te: quod tibi ipsi facere noluerunt.

Deus vult ad eum reversionem et plenariam satisfactionem. La. XIII

**Quod si dixeris**

**Q**uod mihi quod indignissimum me feci donatione tua ac servitute nobilissima. et ipsam possessionem quam in custodiendam / quam mihi excolendam: modis omnibus melioranda commiseras: ego dissipavi: et eousque deterioravi: ut pene inutilem eam tibi reddiderim. imo quod verissimum est: notiam atque pernitiosam. cum de illa et per illam bellum tibi faciant vel fecerint tibi inimici tui. et mei usque modo. Tunc utique dicis dominus deus veritatis. Ego enim respondeo: licet tibi non possim respondere vnum pro mille: nisi donationis tue dignatio fuit recuperare me. hoc enim factum: quocumque

dissipata sunt a me. in me ipso plene restituentur. et integre salva erunt tibi. pro beneplacito etiam tuo erit tibi satisfactum et emendatum quicquid contra te peccavi. Non debes igitur causare dissipationem bonorum que mihi commisisti. neque alia quam pretendebas adversum me. Nihil enim a me iure poteris petere: nisi plenam restitutionem. et gratam satisfactionem. Hec autem duo plene indubitanter tibi fient si plenam iustificationem mihi presteris. Hec enim continet indubitanter plenam conversionem siue reversionem ad te. Amplius dominus misericordie iesu christe: neminem possibile est venire ad te. et nemini possibile est moveri a te: nisi a te. quicquid enim movetur ad te: necesse est ut hoc ei detur a te. Quia igitur tibi soli hoc possibile est. a nullo alio debet. et propter hoc a te solo requirendum est. Quod si dixeris: quia ipsi peccatores auertunt se a te rumpentes funiculos caritatis quibus a te traherent. verum utique dicit quia veritas es. Retentio tamen peccatorum in te et revocatio eorum ad te non est possibilis nisi tibi. Et sicut proprium est illis infirmitas et corruptio atque malignitas: quibus recedunt a te. Sic incogitabiliter amplius est tua fortitudo et benignitas: quibus eos retineas in te et revoces ad te. Abulto igitur fortius decet fortitudinem tuam et benignitatem tuam: retentio eorum et revocatio. quam infirmitatem et malignitatem eorum recessio a te. Amplius dominus misericordie: quod movetur licet exiliter et infirmiter a te: non movetur sic nisi a te utique tractus a te. Tunc igitur utique mere dire ad te. Volo et ego: vel ut verum loquar vellem. Infirmitas enim est velle meum et imperfectus et tanquam iacens. Sed tuum velle quod vis me venire ad te: est usquequaque forte atque completum. Voluntati enim tue quod resistit: Velle meum dominus misericordie tale est de redeundo ad te: quod est et velle tuum de reversione mea ad te. Si igitur vis perfectum esse velle meum. in hoc profice et tuum in eodem. Ego namque velle meum in pre ista nec proficere / nec adaugere possum: Tibi autem profecto est perfectum / atque imperiosissimum velle tuum ad te. Igitur incipe perfectionem huius. et tunc erit mihi velle perfectum et completa iustificatio. Nec loquar sic de velle tuo dominus deus veritatis: tanquam locum apud te habeat aliquid perfectionis et villo modo: de hoc enim per gratiam tuam plene edoctus sum a te. Velle namque quod in me est: et quod tu es: nihil possibile est habere defectus vel imperfectionis. Tu autem nostri qualiter dixisti velle: ut peccatorum auertat et vivat. Et qualiter dixit Paulus: quia tu vis omnes ho-

mines saluos fieri. proculdubio ad modū vo-  
lentis. hoc est in multis signis et opationibus  
te habens et nobis exhibens. ¶ Dñe iesu xpe  
nōne tu venisti saluos facere pctōres: nonne  
tu venisti querere et saluū facere quod perie-  
rat: Queris igit me: et ego quero te. Uis igit  
tur inuenire me: et inueniri a me. Occurrere  
igit debes mihi: qui scis viam qua venias ad  
me: et qua eundū ē mihi ad te: vt inueniam te  
dñe iesu chrisite. ¶ Nōne tu medicus es et sa-  
nitatis atq; salutis auctor: et largitor largissi-  
mus: videāt oculi sancti tui: vtrū istoz decen-  
tius sit: te videlicet venire atq; descēdere ad  
me egrū et adeo infirmū: vt nec ambulare pos-  
sim ad te: nec etiam vertere me. An me ascē-  
dere ad te. Ineffabili largitate pietatis et dul-  
cedinis tue suscepisti istud salutiferū officiu  
scz medicationis: qua ppter debitor es euidē-  
ter sanatiōis: potissimū in illos qui sanari cu-  
piunt et querunt. nōne ppter hoc confitenter  
petebat a te Dauid: Miserere mei dñe quo-  
niam infirmus sum. sana me dñe. Et alibi. Sa-  
na aīam meā quia peccaui tibi. similiter Hie-  
remias. Sana me dñe et sanabor. Quis em̄ ē  
a q̄ nō iure et tanq; ex debito peti nō possit: vt  
exequat et impleat susceptū officium: quia de-  
bitor in hoc ipso sanctificationis et consecrati-  
onis effectus es omnibus: qui sanctificari vel  
consecrari cupiunt et querunt.

¶ Dominus pfecte sanat egrotum vel mi-  
seretur peccatori. La. XV

B

## ¶ Quod si respon-

deris mihi: quia exiliter et infirmi-  
ter et p omnem modū indigne cu-  
pio et quero sanctificari et sacrari a te. ¶ Rñdeo  
q̄ hoc nō est nisi ex grauitate infirmitatis: q̄  
q̄sto maior est: proculdubio tanto maior ē in-  
digentia atq; necessitas mihi medicinalis au-  
xilij: et ppter hoc magis accelerandum reme-  
dium. nō igit ppter hoc est mihi denegandū.  
¶ Amplius q̄s ex medicis corpilibus aude-  
at obijcere egro: petenti medicinale auxiliū.  
indigentiam vel necessitatem illius: quis de-  
negare deniq; audiat: ppter hoc infirmanti  
cuiq; medicinalis auxiliū: q̄tū valet ad cor-  
poris egritudinez. ¶ Q̄to igit amplius longe  
debet esse a te: imo et est: vt nō ppter maiore  
necessitatem vel indigentiam salutaris auxi-  
lij: deneges mihi vel retardes salutis auxiliū  
¶ Quis em̄ ex medicis corpilibus silem opaz de-

dit humanis corpibus curandis: q̄s tu impet-  
disti curandis aīabus nostris: qui et p̄ciosissi-  
mum sanguinē tuū syrupū fecisti: ad curādas  
febres vitiozū et peccatozū: ad extinguedos  
ardores cōcupiscētiarū et aliarū pestilentium  
passionū. ¶ Ip̄sam q̄s carnē viuificā tuam: rhy-  
riacam nobis efficere dignatus es: ad effugā-  
da venena mortifera vitiozū. Et vt ad veruz  
dicam ip̄a: vulnera tua medicamēta saluber-  
rima fecisti vulnerū nostrorū: et ip̄am mortez  
tuam curationē esse salutarem omnū egritu-  
dinum spiritualiū nostrarū. ¶ Manifestū autē  
est q̄ nullus ex medicis corpilibus: adeo ha-  
bet cordis parū vt cū sanitatē vel salutem su-  
scepit curandam: q̄s magnitudo morbi retar-  
dat ab impendendo medicamentū: q̄d requi-  
rit infirmitas patientis. ¶ Cū igit apud om̄ipo-  
tentissimam d̄tutē tuā: nō referat vel differat  
q̄s grauis vel leuis sit morbus meus sp̄ialis:  
q̄n eadem facilitate sanas et maximas medio-  
cres et minimas. ¶ Nullo ergo modo vt ne-  
cessariū vel decens est te differre sanationem  
meā. ¶ p̄sertim cū manifestū sit te suscepisse cu-  
ram saluationis: et mei et aliorū: quia te cupi-  
unt et querunt sanari. Tu em̄ es qui sanas cō-  
tritos corde et alligas contritiones eozū. Et  
ppter hoc pos pphete tui Esaię dixisti. ¶ Pre-  
cipitabit dñs in monte isto faciē vinculi colli-  
gati: sup om̄es populos: et telam qua orditus  
es sup vniuersas nationes p̄cipitabit mortē i  
sempiternū. Et iterū in die qua alligabit dñs  
vulnus populi sui: et p̄cussuram plage eius sa-  
nauit. ¶ Si dixeris: quia si me totū tibi tra-  
derem: et iterū me cure tue cōmitterē statim  
me saluum faceres. ¶ Respondeo tibi domine  
misericordie: quia si hoc expectaueris nun q̄s  
me sanabis. Hoc em̄ quādiu infirmus sum p-  
culdubio facere non possum: si tū hoc faceres  
quis dubitet q̄n sanatus essem. ¶ Manifestū  
est igitur te non debere expectare hoc a me:  
q̄d mihi scis nō esse possibile: totum me trahē  
ad te: et eripe me mihi ip̄i: totū quidem susci-  
pe si totū me sanare est pietatis tue b̄s placitū  
¶ Si em̄ me ipsum mihi dimiseris: cado: totusq;  
deficio. ¶ Ampli⁹ nōne sic gaudiū ē iusto face-  
re iudiciū: sic et m̄lto ampli⁹ gaudiū ē misicor-  
di facere m̄iam: Quia igit iustissim⁹ non mi-  
nus: imo multo amplius placet bonitati tue  
facere m̄iam: q̄s facere iudiciū. Sic igit nō decet  
iustū differre iudiciū in ḡuamē aut iudiciū pe-  
tentis illud. Sic multo min⁹ decet te differre  
m̄iam petēti illā: maxie i detrimētū et dispēdiū

L

## Capitulum

meū. Tu autē vides: quia omnia ad nudū et liq-  
dum intueris: quia ipsa dilatio p quam viuifi-  
candus et sanandus sum: p̄latio est mihi et  
plongatio egritudinis et mortis mee. Tādiu  
enī mortuus et sepultus in vitijs meis et pctio  
iaceo: q̄d diu viuificationē meā differens dñe mi-  
sericordie: quo iure petebat dauid. Accelera  
vt eruas me. Et iterū: ad adiuuandū me fe-  
stina. Et alibi velociter exaudi me. Et q̄ tu  
ipse mandatū dedisti p̄ Salomonē dicēs. Ne  
prahas datū angustiatū. Et iterū. Ne dicas  
amico tuo cras dabo: cum statim possis. De-  
bes seruare legē quā ipe statuisti. Sicut et ipe  
Dauid petebat a te dicens. Exurge dñe de-  
meus in p̄cepto quod mādasti: quod indubi-  
tanter est p̄ceptū de dilectiōe. Et p̄pter hoc  
idem est: ac si tibi diceret. dilectionē p̄cor im-  
pende et ostende: sicut et fecisti. Nonne nos p̄  
ores dileximus te: s̄ tu prior dilexisti nos: q̄m  
nemo maiorem habet: nobis exhibuisti ostē-  
disti: mortē crucis p̄ferens amore nr̄i. Dñe  
miscōdie magna et multa habes contra me. et  
multa et magna potes excipere p̄tra me: et obijce-  
re mihi quo min⁹ debeas magnificare et miri-  
ficare miscōdiam tuā mecum. Et in p̄mis graui-  
simas et pene innumerabiles offensas quib⁹  
offendi. Ego autē replico contra offensas  
peccatorū meorū sacrificiū qd obtulisti in ara  
crucis p̄ peccatis nostris et aliorū: vbi fuisti p̄  
pitiatio sufficiens p̄ totū mūdi peccatis. q̄ p̄-  
pter sicut p̄pitiatio illa incogitabilis gratiosi-  
tas: euacuauit pctā et offensas meas et aliorū  
sic replicatio elidit sufficienter ac validissime  
exceptionē: quaz contra me p̄ponis de ipsis.  
Et si excipis contra me: de graui-  
simis et innumerabilibus debitis meis: replico contra  
hoc exceptionē et pugnamētū: qd in ipsa vi-  
ctoriosissima passiōe tua fecisti p̄ me et alijs de-  
bitoribus. De hoc pugnamēto tui p̄se dixisti  
que nō rapui tūc exoluebaz: p̄pter h̄cātat de  
te omnis ecclesia sanctorū: qui p̄ nobis eterno  
patri ade debitu soluit. Et quia nō pro adam  
solum p̄ssime mortis illius suppliciu ptulisti:  
imo etiam p̄ omnibus: q̄ sibi illud prodesse vo-  
luerint: atq̄ curauerint: nec nō p̄ puulis omni-  
bus: qui sacramento regenerationis et reno-  
uationis sufficienti: decesserunt vel decedēt  
in posterū in etate illa. Tu autē dñe miscōdie  
scis quia ego vn⁹ sum de numero illorū: q̄ pas-  
sionem tuā et mortē tuā prodesse sibi cupiunt  
et querūt sibi. Igit̄ debita mea tu soluisti. Cla-  
rida igit̄ est et sufficiens replicatio ista: solutio

nis et pugnamēto quod in cruce fecisti: con-  
tra exceptionem debitorū p̄positam. Et  
si dixeris cōtra me: quia mortē merui: nō solū  
tempalem s̄ eternalem: etiā et hoc modo iusti-  
ficiandus sum. Replico et cōtra hoc: quia iusti-  
ficatus sum supplicio mortis: qd p̄ me et alijs  
peccatorib⁹ ptulisti: et mortuus morte illa: sic  
testatus est Ap̄tus tuus dicēs. Si vnus p̄ om-  
nibus mortuus est: q̄ omnes mortui sunt: qua-  
p̄pter et de iustificatione et de morte: quarum  
debitor eram satis fecisti tui p̄se morte ip̄tata  
et iustificatiōe quas dixisti: nō potes igit̄ de ce-  
tero mihi obijcere illa: cū iam sim mortu⁹ et iu-  
stificatus sim iam in te: quēadmodū in vno p̄  
pugnatore vincit totus vn⁹ exercit⁹: aut vin-  
citur cum pro illo pugnet in exercitu: sic in te  
christe dñe te vincete p̄ nob̄ te reuera pugna-  
toze n̄o omnes vincimus et triūpham⁹. Prin-  
cipales et p̄tates in plio illo vt eos tu palā triū-  
phasti in temetip̄o. Adde qd in te fideiussore  
et sponsoze pro omnibus nobis: q̄tum ad omnia  
in q̄bus tenebamur vltra omnem sufficientiā  
satisfactū est: incompatibiliter sup̄ omnem esti-  
mationē et cogitatu plus es tu q̄ omnia illa q̄  
peni seu exigi poterāt: a nobis omnibus. Tu  
autē dedisti temetipsum redemptorē pro nob̄  
et omnibus debitis nr̄is et p̄pitiatiōnū pro omni-  
bus peccatis nr̄is. Tradisti etiā temetipsum  
iustificandū pro nobis omnib⁹: et iniusticijs no-  
stris: atq̄ suspendendū pro omnibus latroci-  
nijs nostris. Nihil igit̄ restat de omnibus quo-  
rum debitores eramus: vel que a nobis de iu-  
re peti poterant. Et si forte dicere volueris  
quia de his solis q̄bus obligati eram⁹ satisfice-  
ci vel satisfactum est p̄ te. R̄spondeo in hoc q̄ in-  
compatibiliter maiora exoluiisti: q̄ etiā omnia il-  
la quibus an̄ baptismalē satisfactionem tene-  
bamur: et q̄ omnia recidiua incompatibiliter et i-  
cogitabiliter: quia etiam pro illis satisfactum  
ē p̄ te et a te: de illis q̄ nihil de cetero petere po-  
tes a me: neq̄ p̄ illis. Sed si forte illud obij-  
cere volueris: quia adhuc reus sum omnium  
illorū et debitor. Cū enī sanctitatē baptismalē  
habeam: nec vere ac p̄fecte penitentia: verū  
vtiq̄ dicis: sed hoc nō debet mihi obesse: cum  
nō sit potestatis ac virtutis mee: vere atq̄ p̄-  
fecte penitere: manifestū enī est: quia h̄ op⁹  
est omni potentissime virtutis tue: et p̄pter hoc  
a te nō petendū est: nō autē tibi a me require-  
dum: a me enī nō est requirendū villo modoꝝ  
qd nō possum. p̄sertim cū hoc ip̄m q̄ peniten-  
tia verā atq̄ p̄fectā mihi salutarē ac necessa-

riam esse cognoscam: q̄ tam cupio ⁊ tam pe-  
to a te: q̄ ad eam v̄tūq̄ enitor: donū miscōie  
tue magne sit. ¶ Quod si ⁊ illud mihi objice-  
re volueris: videlicet q̄ solutiones / siue paga-  
menta / ⁊ satisfactiōes omnes q̄s p̄ me ⁊ alijs  
p̄ctōribus fecisti ego irritaui et inutiles mihi  
penitus / imo occasionaliter noxias reddidi.  
¶ Clērū v̄tūq̄ dices .s̄ p̄ h̄ac ipsa irritatiōe / ⁊ p̄  
alijs om̄ibus si longe plures essent: ista paga-  
mēta ⁊ satisfactiōes sufficiūt: quē ad modū dixi  
⁊ de recidiuis p̄ctis. ¶ Et aut̄ ad v̄nū dicā ad  
oīa antedicta et ad alia omnia que mihi obji-  
cere potes p̄ iusticiā: dico q̄ p̄ me debet respō-  
dere miscōia tua. ¶ Voce em̄ miscōie tue dixisti  
Euz qui venit ad me nō eijciā foras: et tu dñe  
miscōie scis indubitan̄: q̄ ego venio ad te: p̄  
ea quattuor q̄ p̄nominavi tibi qm̄ si vere ac p̄-  
fecte penitēs eēm . p̄culdubio iā puenisse ⁊ ad  
te . ⁊ nō solū tecum / s̄ etiā in te eēm . nec suffi-  
cit h̄ dicē imensitati miscōie tue: imo decet eā  
facere atq̄ p̄ficere: vt ad te pueniat . ⁊ ad te in-  
tret quicūq̄ venit ad te . ⁊ etiā trahi in funicu-  
lis Adam / et in vinculis charitatis: sicut dixisti  
⁊ p̄missisti p̄ p̄phētā tuū Deee . xi . c . ¶ Ampli⁹  
cū tot et tanta p̄ponat iusticia tua cōtra me /  
et cōtra alios p̄ctōres . nunq̄d tacebit miscōia  
tua . vt non loquat̄ p̄ p̄ctōribus: p̄ me s̄c̄ et  
alijs: Ipsa v̄tūq̄ respōdebit p̄ me ⁊ alijs: que  
hec sola facere scit ⁊ potest . voce nāq̄ illi⁹ di-  
xisti . Ego sum q̄ deleo iniquitates tuas p̄-  
pter me . Et alibi deleui vt nubē p̄ctā tua ⁊ q̄i  
nebulā iniquitates tuas . Et p̄pter h̄ de te dixit  
ali⁹ p̄phēta . deponet oēs iniquitates nostras:  
⁊ p̄iciet i pfundū mar̄ oīa p̄ctā n̄ra ¶ Quia  
igit̄ nec minoris sapiētie / nec minoris eloquē-  
tie / nec min⁹ armata rationib⁹ et allegationi-  
bus: est miscōia tua: que sola ē spes p̄ctōrū: q̄  
iusticia tua . Ipsa q̄ ē que sola sp̄ ⁊ stat p̄ p̄ctō-  
ribus / in illo sublimi diuinoq̄ cōsistorio . nō ē  
mihi dubitādum: quin ipsa illic stat et alleget  
p̄ p̄ctōrib⁹: ⁊ qm̄ semp̄ obtineat p̄ quibuscūq̄  
allegare voluerit . p̄sertim cuz om̄es allegatio-  
nes eius irrefragabiliter valide stāt apud mi-  
sericordissimū iudicē . Abanifestū nāq̄ ē mise-  
ricordissimū iudicē a miscōia sua nūq̄ dissi-  
dere vel discordare posse . Lū etiā adeo in p̄tate  
sua est habere et solū p̄ his p̄ quib⁹ allegādū  
vel interueniēdū duxerit iudicare . Incōpabi-  
liter nāq̄ min⁹ ē: et incogitabiliter absolutio-  
nē ab eis obtinē: quā vt ip̄e iudex misericordi-  
mus nō solū patrociniū eoz eē: iudiciū p̄ter  
q̄ suppliciiū debitū eis suscipiat: et etiā absol-

uat . que omnino eū fecisse interpellatiōe mi-  
sericordie tue soli⁹: nullus fidelū ignorat .

De forma petitionis . La . XVI

## Est hec autē

p̄ cōsequens est petitionē formare / h  
misericordissimoq̄ iudici porrige-  
re . allegationes nāq̄ quas p̄missi de forma pe-  
titionis / vel orōnis: inter alia ad duo potissi-  
mum p̄tiles sunt: videlicet ad faciendum fi-  
dem / de impetrādo quod peti⁹ . Et ad firmā-  
dam fiduciam obtinēdi . Sic em̄ docuit nos  
Iacobus ap̄tus dicens . Postulet . aut̄ in fide  
nihil hesitās . Petentibus em̄ om̄ibus debet  
eē ⁊ fides om̄ino nō dubia: de sup̄abundantissi-  
mis diuini pietatis / ⁊ dulcedinis om̄ipoten-  
tis dei . Similiter ⁊ fiducia nō hesitans fixa et  
firma impetrandi: qd̄ ip̄e pie ac deuote petē-  
tibus esse salutare cognouerat . ¶ Quid au-  
tem petendū sit ip̄e misericors ⁊ b̄ndictus sal-  
uator: ore suo sanctissimo in euangelio Joh̄  
euidenter edocuit . dicens . Petite ⁊ accipie-  
tis / vt gaudium vestrū plenū sit . Similiter et  
sermōe illo quo dixit . Primū querite regnū  
dei ⁊ iusticiā eius . Similiter ⁊ in oratiōe quā  
apostolus ip̄emet docuit: sepr̄ nobis esse pe-  
tenda manifeste expressit . De quibus modo  
nō est dicendū p̄ singula . Ip̄e etiā publican⁹  
cui⁹ orationē ip̄e laudat . Nō parū orare volē-  
tes instruxit: a longe stans ⁊ pcutiens pectus  
suum caput oculosq̄ nō audens ad celum le-  
uare dicebat . Deus . p̄pitius esto mihi p̄ctōri .  
Oratio quoq̄ illa Aristotel̄: quā in lib̄ . de es-  
sentia pure bonitatis: ⁊ in fine illius libri fecit  
se ⁊ posuisse dicē . Hunc inueni te o causa cau-  
sarum: fac me tibi acceptabilem . Sic em̄ dixit  
se dicē . ⁊ p̄culdubio om̄i fideli iugiter facien-  
da est . Ip̄e x̄o sapiens ⁊ sanctissimus Aug⁹ .  
ita exorabat in libro confessionū suarū dicēs .  
Dñe da qd̄ iubēs . ⁊ iube quod vis . In lib̄ . x̄o  
psalmoz orōnes optimas indubitāter docet  
⁊ p̄cipue in tribus illis psalmis vicz . Abisere-  
re mei deus fm̄ magnā miscōiam tuā . ⁊c̄ . Ad  
te dñe leuauī aiām meā . ⁊c̄ . Inclina dñe aurē  
tuam ⁊ exaudi me . Nec dubium in sacris elo-  
quijs etiā ad modicū exercitatis: sacris ⁊ effi-  
cacissimis orōnibus lib̄ psalmoz esse refer-  
tissimum . In alijs etiam sacris libris inueniū-  
tur orōnes prophetarū . ⁊ quorūdam sapien-  
tum necnō ⁊ aliarum sanctarū mulierū: de q̄  
bus euidenter est videre intelligentib⁹: q̄ spi-

## Capitulum

ritu sancto dictante. et edite et scripte sunt.

**C**onuenientissimum igitur est celestis ac diuina-  
lem oratorum et aduocatum. pronominatos psal-  
mos et predictas orationes tenere memoriter. Tuli-  
us namque latinorum orator ac rethor egregius. non  
erubuit duas nobilissimas orationes rethoricas  
demosthenis et eschini. et laudare et transferre  
de greco sermone in latinum. Jam quidem sibi  
difficilem latinitati vero utilem euident as-  
seruit. Hanc utilitatem indubitanter oratoribus  
et rethoribus intendens. vel solis vel maxie.

**Q**uot igitur magis oratores spirituales ac diui-  
nales. orationes viros sapientissimorum atque san-  
ctissimorum. quas de ipso fonte spiritus sancti hau-  
serunt. nobis exquirende ad imitandum sunt.

**F**lerum quoniam profundissime sunt et interdum dif-  
ficilis intellectus. ponam tibi breues ac lucidis-  
simas omnique orationi intelligentissimas orationes.  
et dicam sic domino misericordie. fac me tibi seruum in  
omnibus acceptabilem. seruum tibi per omnia pla-  
centem. aufer a me radicatus et ex toto quicquid  
bonitatis tue displicet in me. et largiri mihi do-  
na gratiarum tuarum. atque virtutum. quibus tibi et  
totus et tecum viuam. videlicet ad regulam rectis-  
sime optimeque bonitatis tue. Auerte faciem tu-  
am et oculos sanctissimos tuos. a tot et tantis  
vitiis meis et peccatis. Respice in me solus id quod  
tuum est. vix in me quod tu solus fecisti. et non re-  
spereris ad ea que ego in me feci. quoniam quod in me  
tu solus pulchrum et bonum feceras. deformaui  
horribiliter. deturpauit abominabiliter. inque-  
naui execrabiliter. pueri iniuriose et corume-  
liose. vltra quam cogitare sufficiat. Et hoc aduersus te  
largire obsecro mihi tanto peccatori veniam omnium  
culparum quas commisi. omniumque penarum quas me-  
rui. da gratie tue etiam mihi integritatem et plenitu-  
dinem. per quam tibi per omnia acceptabiliter et placi-  
te viuam. hinc et post hanc vitam. ereptus per te de om-  
nibus angustiis et pressuris. liberatus ab omni ser-  
uitute corruptio. brutus et gloriosus tecum phen-  
niter cum electis et dilectis tuis regnem. **C**on-  
tere et tribula in me et proorsus extermina a me  
quicquid vel originali occupatione. vel ex abusu  
donorum et beneficiorum tuorum mihi turpiter et  
male apposui. Subuerte funditus quicquid in me  
mali edificatum conspicias. auelle a me omnem pla-  
tationem diabolicam. omnemque ex originali corrupti-  
one. vel malicia in me succreuit. lauat munda  
me totaliter ab omnibus inquam mentis carnis et  
spiritus. reforma in me imaginem et similitudinem  
tuam. restitue me etiam naturali pulchritudini  
et rectitudini. redde etiam gratiositatem et specio-

sitatem que me iustificatiōe baptismali decorasti.  
redde mihi etiam et primam stolam vestem polimitam spi-  
ritualē. ex omnibus videlicet virtutum et gratiarum  
pulcherrima varietate contextam. que ibi me vesti-  
sti et ornasti ad instar sponse preparate et ornate.  
tanto actali sponso. quatus et qualis tu es vi-  
delicet rex regum et dominus dominantium. Ille fuit cultus  
et ornatus regius. que me preparasti in ipsa vncti-  
one. consecratiōe. et coronatiōe mea. que facte  
sunt mihi in ipsa sanctificatiōe baptismali. Ibi  
enim me filius adoptionis et gratie tue fecisti. et  
propter hoc regem et heredem regni. Ibi me in  
regem vnixisti ac coronasti. Hanc preclaram heredi-  
tatem spreta. hoc preclaro regno preempto. tan-  
to tanquam desiderabili honore abiecto. instar vi-  
lissimi rabidi tam preciosis. tanque speciosis vesti-  
mentis et ornamentis nudatus. post diabolū nudus  
ad infernale patibulum currere non expaui. ipse  
siquidem dux est et rex hominum ribaldorum. Et propter  
hoc vilissimus et abiectissimus factus sum. Resti-  
tue me obsecro ad hanc tam sublimem gratiam ad-  
optiōis et filiatiōis tue. et ad instar nobilis he-  
reditatis tue. atque ad honorem istius regni. resti-  
tue me nobilissime seruituti tue. vt tota vita  
mea. tota puerfatio mea. sit solum seruitium tuum  
totum me veda tibi. totum me recupa et posside  
solus. sicut totus tuus sum iure plenissimo. ac  
singularissimo. omni cogitatu de te. omni me-  
moriam bonitatis tue. omni auditu cuiuscumque.  
ex sanctissimis nominatiōibus tuis. totus semp  
iradier. totus semp viuificer. totus semp infla-  
mer. amore tuo sanctissimo atque viuifico. totus  
semp rapiar ad te. totus spiritus abstractar ab omnibus  
aliis. totus ferar in te. conglutiner tibi et vnitar  
vnitiōe purissimi. rectissimi. tibi que placidissi-  
mi amoris. nomen tuum sacratissimum. nomen tuum  
benedictum. nomen tuum gloriosum. sit semp oleum  
effusum in corde meo. me totum semper pene-  
trās. semp pungens. semp sanans. totum me  
sanctificās. totum me rapiēs in te. et in te. Illu-  
minositate viuifica sapientie tue me totum consti-  
tue et incessanter conserua. ad cognoscendum et  
recognoscendum te vnum verum deum ac dominum omnium  
seculorum. vnum solum ac verum auctorem. vnum solum  
ac verum effectorem. vnum solum ac verum largitorem  
largissimum ac benignissimum omnium bonorum. Et ad  
cognoscendum et recognoscendum dignis benedictiōibus  
dignis gratiarum actionibus. dignis collaudati-  
onibus. dignis glorificatiōibus. et imensitate inco-  
gitabilis largitatis et beneficentie tue. infatiga-  
bili continuatiōe. in me licet tamen ingratus tanque  
malum semp. perfusissimam. necnon ad cognoscenda

atq; recogitanda mala mea: que semp reddidi  
 tot et tantis diuitijs bonitatis tue. tot et tantis  
 magnalib<sup>9</sup> pietatis et dulcedinis tue. Et qd̄ ē  
 maioris infanie/ reddere nō dū ex toto cesso/  
 cognoscere inq; et recognoscere tot et tanta ma  
 la mea que facio/ que feci. que merui. et que  
 me expectat nisi me oipotētissima benignissi  
 ma dulcissimaq; miscōia tua liberauerit atq;  
 sanauerit. ¶ Da inq; largissime misator ista  
 cognoscere et recognoscere mihi debite peni  
 tudinis dolorib<sup>9</sup>. da mihi bñdicte dñe gratiaz  
 vere ac tibi placite cōpunctiōis: p quā displic  
 ceam mihi. in cūctis ingratitudinib<sup>9</sup>/ abomi  
 nationib<sup>9</sup>/ iniqtatib<sup>9</sup> et iniustijs meis. ¶ Erub  
 besca atq; confundar in cōspectu sancte et ve  
 nerāde maiestatis tue/ confusione adducete  
 mihi gratiā tuā et gloriā: da mihi gratiā inter  
 ne ac vere penitudinis: p quā ex totis intimis  
 meis/ recedā ab omnibus que displicēt bonita  
 ti tue: et reuertar ad te dñm deū meū. adhe  
 reāq; tibi dño deo meo ex totis intimis meis  
 cui adherere: ē vita mea/ sal<sup>9</sup> mea/ gaudium  
 meū totū: et solū bonū meū. ¶ Da mihi in cō  
 spectu sancte et gloriose maiestatis tue semp  
 apparere. semp loqui tibi. et semp cogitare de  
 te. in timore et tremore: in dolore et pudore. in  
 ira magna et indignatione aduersus memet  
 ipm: semp cūctis ingratitudinib<sup>9</sup>/ et alijs vitijs  
 meis et pctis. in fide tua saluberrima incessant  
 me illumina/ viuifica/ scifica/ roboraz adauge  
 timore tuo sanctissimo atq; purissimo/ me in  
 cessanter sanctifica purifica/ custodi et conser  
 ua. Et longe fac ab offib<sup>9</sup> inquinamentis  
 carnis et spiritus. Fac me declinare per ipsuz  
 semp et fugere omnia contagia diabolica: et om  
 nino omnia que displicēt bonitati tue/ spe tua  
 saluberrima ac iucundissima/ me incessanter  
 cōforta: et consolare me. incessanter erige et  
 subleua ad te. incessanter letifica de te. in  
 cessanter firma in te faciens me inniti totalit  
 et singulariter miscōie tue magne. totaliter et  
 singulariter. Da mihi de te semp lucifluos co  
 gitatus: ac flāmeos. totum me semper splen  
 dificantes. totum in te exhilarantes. totū in  
 te rapientes: totum me conglutinātes et vni  
 entes tibi vniōne purissimi rectissimi tibiq;  
 placidissimi amoris. Desiderabilissimum ac  
 gloriosissimum aduentum tuum: in quo om  
 nis iniquitas opilabit os suum/ palam ac lu  
 cidissime omnium oculis apparentem. omipo  
 tentissime dñationis tue gloriā magnificē  
 tissimā ac supēminentissimā. Iustissimū

ac tremendum iudicium tuum: in quo euide  
 ter videbitur iusticie tue admirabilis ac iucū  
 dissima pulchritudo. p vindictas iustissimas/  
 quas daturus es in contumaces et rebelles q̄  
 charitatem vitatis tue recipe noluerunt: nec  
 nō et in omnes nō contumaces p̄bos magnifi  
 cas promissiones tuas. que omne desiderium  
 supant et incogitabilis felicitatis tue gaudia/  
 et p̄mia: que daturus es dilectis et electis tuis  
 Hec inq; omnia fac me expectare expectatio  
 ne segura/ firma/ et iucunda. spem meaz toti  
 vite mee anchorā: figere in misericordia tua  
 magna. fixatione firmissima. ita vt nulla pcella  
 temptationis mee vnq; inde amoueat. vt ab  
 rumpat me totū fac pendere ad reditū tuū.  
 sicut dixisti per prophetam. quia populus me  
 us pendebat ad reditum tuum. Omnia desi  
 deria mea dirige. erige et collige ad te totum:  
 cor meū/ aggregaz constitue in sanctitate iu  
 sticie tue. totū cor meum abstrabe et abrūpe/  
 ab omnibus que displicent bonitati tue. Totū  
 aggrega ad te/ a dispersione sua rape ad te/  
 totū fige in te fixatione incorruptibili. ¶ Et vt  
 ad vnum dicam da mihi plenam veniam et in  
 tegram omnium culparū mearū atq; penarū:  
 que mihi pro his iustissimo semp laudādo iu  
 dicio tuo reddi merito p̄t. Da mihi et gratiā  
 tuam/ et conserua eam mihi: vt in illa me inue  
 niat dies et hora exitus mei ex hoc mundo: p  
 quā gratus et acceptus tibi p omnia in conspe  
 ctu glorie tue gaudens veniam et secur<sup>9</sup>. Da  
 mihi tunc salutem cum dilectis et electis tuis  
 a te promissam et preparatam.

Confirmatio petitionis. Ca. XVII

## Est hec aggre

p diar confirmationem ptis ipsius  
 orantis: et dicam ea per que con  
 firmetur vis exauditionis eidem in petitioni  
 bus quas predixi. Dicam igitur dñe miseri  
 cordie. non est alicui fidelium tuorum dubiū.  
 qn placeant tibi orationes et deprecationes  
 humilium et mansuetorum. sic docuisti sanctā  
 illam mulierem Judith que loquens ad te di  
 cebat. Dñe inquit tibi semp mansuetorū  
 et humilium placuit oratio et deprecatio. Sed  
 etiam in peccatoribus exorari voluisti. q ob  
 lationes et sacrificia eisdem pro peccatis im  
 posuisti. Illa etiam oratio in qua tu docuisti  
 vt diceretur tibi. Dimitte nobis debita no  
 stra et. Qui sunt qui petūt sibi dimitti debita

## Capitulum

fua / nisi debitores: Et qui sunt debitores: ni  
si peccatores. cum peccata debita eē: dubita-  
ri nō possint. Amplius ille qui clamabat ad  
te sicut tu ipse narraſti p lucam euangelistam  
dicens. Deus ppiti<sup>o</sup> esto mihi peccatori: qd  
erat nisi peccator. Et p hanc orationē te ipso  
teste descendit iustificatus in domum suam.  
Amplius in euangelio. Matthei tuiſe dix-  
iſti. Serue neq; omne debitum dimiſi tibi qm̄  
rogasti me. Galēt igitur orationes peccatorū  
apud miſericordiam tuā. alioq; non ſoluz illuſorie  
ſed etiā pernitioſe precepiſſes eis vt orarent  
te. Amplius ſi ſummus ille pontifex prece-  
piſſet alicui dicens. hoc pete a me / et dicitur  
ei petitionem ſuam. ipſe precipere ei dicens:  
hanc porrige mihi. ſi porrectam exaudire nol-  
let. Nūquid non illuſor / et deceptor a petente  
merito reputari poſſet. Quia autē tu veritas  
es / in qua in vltimate elongationis longe ē  
nō ſolum omnis illuſio atq; deceptio: ſed etiā  
quicqd falſitatis eſt atq; mendacij. Tu inq;  
dñe ore tuo ſacraſſimo docuſti nos: q; pete-  
rem<sup>us</sup> in ofone illa tua bñdicta que incipit pa-  
ter noſter. tu dictaſti et formaſti nobis peti-  
tionem illam ſeu orationem: tuiſe pcepitſti. vti-  
nam porrigeremus tibi vel patri cui<sup>us</sup> tu vni-  
genitus es. Nō em̄ refert an / tibi vel illi porri-  
gatur. neceſſe igitur habes exaudire offeren-  
tes eam tibi. Alioq; nō ſolum illuſorie vt pre-  
dixi: ſed etiā pnicioſe hoc pcepitſſes. Am-  
plius nunquid hec eſt voluntas tua de me vt  
conuertar et viuam. et ego h̄ accepto a te: Igi-  
tur peto idipſum quod eſt voluntas tua quō  
potes mihi hoc denegare: quod ipſemet viſ  
vt fiat. Amplius totū quod hic peto ſancti-  
ficatio mea eſt. et hec eſt voluntas dei ſanctifi-  
catio noſtra. vt tuiſe dixiſti p apoſtolū tuuz  
ad Theſſal. iij. An potes hoc denegare mihi  
vitz vt voluntatem dei in me et de me nō faci-  
as. Amplius tuiſemet dixiſti p Salomo-  
nem in prouerbij. Delicie mee eē cum filijs  
hominum. Et ego hoc ſolum peto a te: vt ſis  
mecū p ſocietatem perfectam: a te igitur pe-  
to idipſum quod tu dicis delicias tuas eſſe.  
Amplius a te peto quod te preſtare maxi-  
me delectat. Nihil em̄ placet magis tibi face-  
re in nob: q; ipſa ſanctificatio. qd inde euident<sup>er</sup>  
apparet / quia ipſa paſſio et mors tua tibi pla-  
cuit. ppter ſanctificationem noſtrā. Quia p-  
pter magis tibi placet ipſa ſanctificatio nra.  
placuit autez tibi paſſio et mors tua eouſq; vt  
dies paſſionis et mortis tue: dies leticie cordis

tui / in ipſa ſacra ſcriptura tua / vocat<sup>ur</sup> ſit. In  
die inq; deſponſationis eius: et in die leticie cor-  
dis eius. Amplius placuit tibi creatio et for-  
matio mea. et nō placuit tibi niſi quia bona. qz  
ergo incompatibiliter maior eſt iſta reforma-  
tio mea que nō eſt niſi iuſtificatione et ſanctifica-  
tio mea incompatibiliter tibi magis placet re-  
formatio iſta ſanctificationis mee / q; placue-  
rit tibi ipſa formatio. Quia igitur illam nō rogat<sup>ur</sup>  
fecitſti: gratuita ſola bonitate tua. fac et iſta re-  
formationem tuam ſup abundantiffima pie-  
tate bonitate et dulcedine tua. Tu em̄ ſcis do-  
mine miſericordie / quia in malum meum nat<sup>us</sup> ſuz  
et iſtam formationē nō fecitſti: niſi ppter iſtam  
reformationē. Iſta igitur ſunt que confirmant  
ptem meā coram te. et que firmat ſpem meā  
in te. Adde autē ad cōfirmationē cauſe mee  
et ptis. preces et ſupplicationes omnium ciuū  
celeftium et ſingulorum: de quibus certum ē  
vnicuiq; fidelium: q; nullus eorū vnq; apud  
te repulſam patit / ſed et mihi certum eſt: quia  
preces et eorū ſupplicationes paratiſſime ſunt  
in adiutorium meū apud te. Quod inde mi-  
hi certiffimum eſt: quia ego qui vix ſtillam p-  
modicā pietatis habeo: nulli poſſum denega-  
re pces meas apd miſericordiam tuam: cui ſcirem  
illas pfuturas. Quia magis igitur vnusquisq;  
eorū qui tanta charitate tua ardentes tanta  
pietate toti deſuunt: mihi denegare pces fu-  
as et ſupplicationes nō poterunt. qui vident  
tātas miſerias meas et paupertates. Et q; igno-  
rare nō poſſunt qn exaudiant. et qn mihi ve-  
niam grām / et gloriā / etiam impetrēt. Quia  
igitur omnes et ſingulos inuoco: omnibus et ſin-  
gulis ſuplico: vt pro me intercedant apd mi-  
ſericordiam tuā. qua ppter omnes et ſinguli:  
miſericordiam tuā orant pro me. Quia igitur  
nō decet gloriā magnificentie tue: tot et tā-  
torū preces repellere. tot inq; et tātas tāq; ve-  
nerabiles / tāq; tibi caros interceſſores repel-  
lere. Neceſſe eſt te miſerere mihi et tribuere /  
quod mecū ipſi petunt p me. alioq; qd vnq;  
pſumere deberet orare te. Quis ſperare de-  
beret a te gratiam exauditionis: ſi tot et tanti  
oratores apud te gratiā nō inuenirēt. Am-  
plius p ora pphetarum tuorū: multotiēs an-  
nunciatū ē alijs peccatoribus. Lamauerūt  
iuſti et dñs exaudiuit eos. Et iterū. Orones  
iuſtorum exaudiet dñs et multa alia hmōi. Li-  
ues autē omnes ciuitatis tue celeftis nō ſolum  
iuſti ſed etiam iuſtiſſimi ſunt. Impoſſibile eſt  
igitur orones eorū apud te nō exaudiri. L

fortasse mihi dicere volueris quia pro seipis  
petentes: semper exaudimur iusti: non autem pro  
alijs: hoc veritas tua dicit misericordie non patitur:  
qui ad preces moysi dimisit peccatum idola-  
trie populo israel. Dixisti enim ipsi moysi oran-  
ti pro populo illo. Ecce dimisi eis iuxta verbum  
tuum. Ipsos etiam sacerdotes veteris legis  
ad placandum te et orandum pro populo illo consti-  
tuiti. In nouo etiam testamento ubi te per-  
pensore atque profusorem incomparabiliter tri-  
buiti et ostendisti: tam crebro nos orare et do-  
cuisti et precepisti: non solum pro amicis et benefacto-  
ribus: sed etiam pro inimicis et persecutoribus.  
Quod nec frustra facere voluisti: frustra autem  
orarem pro illis quibus ad ipsos si nos exaudi-  
re non velles pro eisdem. Amplius autem ofo-  
est alicuius gratie et meriti apud te: aut non est  
vitijs incogitabilis et gratie et meriti apud te.  
Et quia nec meritoria nec gratiosa vniquam est  
apud te: nisi propter gratiositatem et meritum  
radicis ex qua est: videlicet charitatis et pie-  
tatis. Quia igitur ex eadem charitate et pietate  
sunt orationes ad te: a quibuscumque iustis fi-  
ant pro se et alijs: necesse est ut eiusdem gratie et  
meriti sint apud te. Equae ergo digni sunt vi-  
ri sancti exaudiri apud te pro alijs ut pro se.  
Sicut igitur pro se preces eorum apud te impos-  
sibile est esse vacuas: sic et preces eorum pro alijs.  
Quare et pro me potuerunt ne esse vacuae a  
fructu exauditionis preces incliti martyris ste-  
phani: quas fundebat coram te pro lapidanti-  
bus seipsum. Absit hoc ab imensitate misericordie  
tue: ut tante pietatis et charitatis preces repu-  
leris: et vacuas esse permiseris. Quod procul-  
dubio te reuelante cognouit sanctus confes-  
sor tuus et pontifex Augustinus: qui Paulum preci-  
bus illius conuersum fuisse testatur. et a te tam ma-  
gnifice visitatum. Scio enim misericordie multos ex  
peccatoribus impedire et quantum ad se ofones san-  
ctorum euacuare: quod est dicere eas impe-  
dire quo minus eis prosint: et hoc contumacia  
et rebellionem: qua rebelles sunt tuo lumini: quod  
propter interdum prohibes sanctos tuos orare pro  
talibus: sicut quando Hieremiam prohibuisti dicere  
ad eum. Noli orare pro populo hoc. Nec assumes  
pro eis laudem et ofonem: quoniam non exaudiam te.  
De his mihi videtur esse non immerito quod sanctos  
ipsosequuntur: aspernantur: et ofones ipsorum  
despiciunt: auxiliumque tuum: nec sperant: nec  
querunt: nec curant: nec etiam volunt: vel vel-  
lent ut pro eis precarentur. Et isti sunt qui peccant  
in spiritu sancto: et spiritu blasphemie eorumque subuer-

tit eos atque percutit: ut etiam ipsam gratiam tuam  
et omne auxilium: quod eis impetrari vel  
procurari posset oderunt et detestantur. Ego  
autem dicit misericordie pro gratiam tuam longe factus  
a tantis atque execrabilibus impietatibus: dili-  
go enim et veneror sanctos tuos: et bene sentio at-  
que confido de meritis et precibus eorum: apud mi-  
sericordiam tuam: desidero enim et peto adiuua-  
ri: meritis et precibus ipsorum apud misericordiam tuam.  
Et hec omnia magne benedictiones dul-  
cedinis tue sunt: in quibus preuenisti me in  
debita largitione dulcedinis tue gratie. Et pro-  
pter hoc non immerito spero de suffragiis. Scio  
enim quod honorari tibi placet in ipsis. Et quia di-  
ligis venerationem eorum atque remuneras.  
Quid enim dignius est remuneratione magni-  
ficentiae tue: quam veneratione sanctorum et electorum  
et dilectorum tuorum. Quicquid enim eis obsequium  
vel honoris propter te impendit: non minus tibi  
impendit quam ipsis. Quia propter obsequium tuum  
et honoris est omnis honor et obsequium ipsorum.  
Quia propter a te remuneratione dignissimum  
Ab herito igitur confidendum est: et electos et dile-  
ctos tuos delectari de veneratione et remune-  
ratione hominum: quia ergo non parum eos hono-  
rant qui eos inuocant in auxilium tuum apud  
misericordiam tuam. Necesse est ut inuocatio hominum  
prosit eis apud illam magnifice. Namque de glo-  
ria eorum sentiunt: qui eos tante gratie apud  
te esse credunt: quod suffragari peccatoribus pos-  
sint. Amplius que vel quanta vel qualis est  
misericordia tua: si electi et dilecti tui et peccatorum  
reconciliationem et reorum atque damnandorum  
absolutionem apud illam impetrare non possent.  
Quis enim tyrannus in hominibus est adeo seuus:  
ut hec amici eius apud ipsum non possint. Non dum  
enim audita est adhuc ea seuicia in crudelissimis  
hominibus: quam amicorum gratia et interpellatio in  
aliqua parte clementie flectere non potuerit.  
Magnifice igitur: quodque superabundanter sen-  
tendum est atque sperandum de imensitate misericordie tue  
pro peccatoribus. Et de gratia vel de gratiositate di-  
lectorum et electorum tuorum coram te siue apud te:  
ut nihil omnino vniquam eis deneges: quod tibi da-  
re deceat. Et ex hoc siliter arguo: quod et ipsi pre-  
ces peccatorum supplicantiu eis: aures miseri-  
cordie sue nunquam claudunt. Alioquin longe mi-  
nor est et charitas et pietas eorum. Insuper emi-  
nentia illa et gloria patrie quam esse (ne dicam sanctorum  
et iustorum in via presentis miserie) imo etiam  
quam seuissimorum tyrannorum quantumcunque mo-  
dica benignitas.

Oratio intercessionis beate Marie virginis. Ca. XVIII

## Dibo te imo

etiam conueniã glorioſiſſima dei genitricis: quã matrem miſericordie & reginam pietatis vocat / imo clamat omnis eccleſia ſanctorum. An poteris denegare peccatoribus interpellatiõis tue gratiam: apud benedictum ac ſemper & ubiq; benedicendum deum ac dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Tu inq; cui? gratiſſimas nunq; repullam patitur. Cuius miſericordia nulli vnq; defuit. Cuius benigniſſima humilitas nulli vnq; deprecantem q̄tũcũq; peccatorem deſperit. Clariſſime namq; de te dixit deuotiſſimus ille: & laudum tuarum precum mirabilis ſanctus Berni. Clare uallẽſis inueniens. Sileat miſericordiam tuam x̄go beata: ſi quis eſt qui inuocatam te vnq; in neceſſitatibus ſuis meminerit deſuiſſe. Totum ſiquidem quod habes gratie: totum quod habes glorie: & etiã hoc ipſuz q̄ es mater dei: ſi phas eſt dicere: peccatoribus debes. Omnia enim hec p̄p̄ peccatores tibi collata ſunt. Cui igitur dubiũ eẽ poteſt per hoc: qn̄ preces tuas q̄teciũq; neceſſarie eẽ p̄t̄: peccatoribus illis debeas. Nõ denegabis ergo mihi: quod debes: qn̄ potius ſupaddes: maiora mihi impendẽs q̄ debeas. Et intendo maiori inſtantia ac deuotione orabis pro me: q̄ ego auderem petere: & maiora etiam impetrabis mihi q̄ petere preſumã. An poſſet hoc pati pietas illa / & dulcedo tua / que nulli vnq; defuit: vt denegares mihi in tanta neceſſitate auxilium. Et tã miſerabili tãq; periclitanti cauſe mee: miſericordie tue patrociniũ. An falſe & inaniter vocat te omnis eccleſia ſanctorum: aduocatam ſuam / & miſerorum refugium. Abſit ergo a m̄e dei que fontẽ pietatis toti mundo pepit: vt cuiq; miſerorum ſue miſericordie ſubuentione vnq; denegeret. Innumeris exemplis magnificorum opoz miſericordie tue que opata es erga peccatores miſerrimos: docuiſti nos & peruaſiſti de tua miſericordia cõfidere: de tua pietate ſperare & in omnibus neceſſitatibus noſtris ſub alis tue p̄tectionis ſiducialiter confugere. An eſt miſericordie tue oneroſa multitudo ad te clamantium: an eſt aliquatenus difficilis gratiſſitati tue impetratio: v̄l uenire v̄l gratie q̄teciũq;. Scio dñã miſcõdie quia nihil

 uersarij nostri: sunt ipa nostra vitia et peccata  
 quorū clamor vsq; in sublime celorum extollit  
 tur. sicut Gen. xvj. legitur. vbi ex persona dei  
 omnipotentis dicitur. Clamor sodomorū ascē-  
 dit ad me. Fortissimi isti contradictores. qm̄  
 primi et radicales sunt in aduersationibus et  
 contradictionibus istis. et eis cessantibus atq;  
 tacentibus: omnes alij tacerent siue cessarent  
 penitus ab aduersationibus / contra nos.

**S**ecundi contradictores et aduersarij sunt  
 omnes exercitus pulcherrimarum sublimiūq;  
 militiarum celestium. Similiter et omniū san-  
 ctorum / necnō et animarū / que occasione vi-  
 tiorum nostrorum et peccatorum in ignē pur-  
 gatorij / vel in inferno etiam detinentur / tori-  
 q; curie celesti inimici sumus: q̄diu vitijs et  
 peccatis vel etiam mundo amici sumus. sicut  
 legitur Jacobi. iij. Quicūq; voluerit eē ami-  
 cus seculi huius: inimicus constituitur dei.  
 Adherito igitur tanti amici dei / inimici nostri  
 sunt: q̄diu inimici dei sumus. Amicus em̄ ini-  
 mici dei: inimicus est dei. quibus vero occasi-  
 onem / vel peccandi vel perditionis dedim?  
 et ppter hoc in purgatorij igne vel flāmis ge-  
 hennalibus detinentur. Quis dubitat quin  
 die ac nocte clamant contra nos et dicant / vin-  
 dica dñe sanguinem nostrum. sicut legit Apo-  
 cal. viij. Que etiam si voce tam naturali q̄ spi-  
 rituali tacerent: ibi tñ cruciatus eorū acerbis-  
 simi ipa veritate clamant vt predicti. Luz em̄  
 redemptio anime vnus proprie diuicie sunt.  
 sicut legitur Proverb. xij. Qualiter putas  
 vel putare potes non clamare animas cōtra  
 clericos et sacerdotes qui redemptionem eo-  
 rum comedunt et in luxurijs suis infigunt nec  
 pro liberatione earum a tormentis et cruciati-  
 bus in quibus sunt satagunt. Tertij aduer-  
 sarij nostri atq; contradictores contra nos in  
 curia illa sunt ipsi sancti / quibus iniuriamur  
 vel iniuriati sumus. et hoc vel in personis eo-  
 rum / blasphemantes contra eos nepharijs  
 iuramentis: quibus nec ipsi gloriose dei geni-  
 tricia multis nec p̄c̄ in aliquo / nec defertur  
 vel in ecclesijs ipsorum. Et hoc duobus mo-  
 dis: siue cum ipsi ministri dei qui in illis deser-

## Capitulum

niunt iniurijs quibuslibet / molestantur. Vel etiam ipsa loca deo dedicata et sanctis ipsis violantur. Vel ipsa bona temporalia ad sustentationem ministroꝝ / deo et sanctis illis oblata et consecrata vel diripiunt: vel ab ipsis modo quolibet minuuntur. ¶ An est aliquis ad deum insipiens: ut deum ac dei filium opinari possit blasphemias gloriose ac charissime genitricis negligere ita / ut eas ut dignum et iustum est non vindicet? Quis hominum iniurias et contumelias matris sue equanimiter toleret. et si possit non vlciscat: quod non omnium aliarum matrum iniurie ac contumelie tolerari quoquo modo possint. Istius tamen benedictae semperque venerande matris blasphemie: omni gladio et igne: omnibus studijs et viribus exterminande et vindicande sunt. ¶ Illi quicumque sit: qui ignorat dei matrem in eo amore et honore apud beatissimi dicissimum filium suum esse: ut honorantes eam honoret. et inhonorantes digna animi aduersione puniat. Non presumat aliquis deum vel dei filium / se posse habere propitium et beniuolum: qui benedictam matrem suam offensam vel aduersariam habuerit. Sic nec de dei gratia vel propitiatione cuiuscumque eorum / qui eius filio in celo vel ministrant vel assistunt: aliquis presumere debeat vel sperare. ¶ Quartus aduersarius et contradictores nostri in curia illa celesti: demones ipsi sunt: sicut legitur Apocal. xij. Projectus est accusator fratrum nostrorum: qui accusabat nos die ac nocte. ¶ Quintus et maximus atque fortissimus: deus ipse est qui semper accusat eos qui seipsum negligunt accusare. et semper excusat illos qui seipsum in conspectu ipsius: studiose et incessanter accusant. Boni igitur nuncij et fidelis / ac diligentis procuratoris est / aduersantes sibi et contradicentes in curia ista vel placare sibi et propitios efficere: vel eis silentium imponere vel illos congruis responsionibus atque defensionibus repellere: ne contra ipsum vllatenus audiantur. Et primis quidem et radicalibus aduersarijs et contradictoribus: silentium imponit: cum occidunt siue mortificantur. et hoc in sola dei curia nobis non solum permittit: imo etiam conceditur / atque remunerat. acceptatur in alijs curijs cum sub conducta et protectione iudicis litigantes sunt. Absit autem ut vitia et peccata sub dei protectione sint: cum per Apostolum omnibus dicit ad Cor. iij. Mortificate membra vestra / que sunt super terram. ¶ Amplius per hominum nuncium / orationem ad hoc directe intendit: ut per ipsos ad

uersarij et contradictores contra nos non solum audiantur / vel admittantur in isto spirituali iudicio: sed etiam ut inibi moriantur. Ipsa enim pia oratio: cum perfecta fuerit: mortificatrix est omnium vitiorum et peccatorum. sic orantis mortificatio autem eorum est per modos et vias quas totiens audiisti. Ipsa namque discretio ipsorum mors est eorumdem: cum recedit ab eis anima humana / sequitur eisdem subtrahitur / necesse habent ruere vel cadere. cum sustentamentum aliud non habeant / quam miseram animam ipsam: que illa in semetipsa sustinet et supportat. Et non est opus ut enarrem tibi et enumerem hic modos destructionis / et mortificationis ipsarum. ¶ Si vis igitur ut clamores non audiantur vel admittantur contra te: clama tu ex aduerso / et exalta in fortitudine vocem tuam contra ea: quanto enim fortius et alius contra ea clamaueris: tanto debilius erit clamor ipsorum: et minus exaudibilis / donec penitus obmutescat. Obmutescat autem prostratus / et sine omni voce erunt: cum toto corde clamaueris. Magnificandi igitur multiplicandi exaltandi que tibi sunt clamores orationum / et confessionum: si vis aduersarijs istis et contradictoribus silentium imponere. Clamores enim ipsorum: validis clamoribus hominum non solum retondunt / ut non audiantur: sed omnino exterminant. Quapropter manifestum est quod tibi valide / quod tunc cumque audibiliter imo exaudibiliter apud deum clamant / contra illos: qui coram eo tacent a clamoribus orationum et confessionum. Validissime namque sunt coram domino deo accusationes aduersariorum hominum: contra illos qui non seipsum iugiter / confessionibus in conspectu eius accusant. Nulle autem prostratus / nulli vigoris et virtutis contra eos sunt qui se studiose in conspectu dei increpare et accusare non cessant. quod expressit nobis spiritus per os David dicens Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei. Attendende anima mea et admirare et lauda ex totis intimis tuis: super abundantissimam pietatis dei dulcedinem: qui solo proposito huius accusationis / vicque que sit in confessione coram ipso: remittit statim impietatem peccati mei. Et propter hoc non solum modo silentium imposuit vitijs et peccatis contra ipsum David: sed etiam remisit ea: deleuit / prostratusque exterminauit. ¶ Si quis dixerit: non est mihi potestas aut virtus ad clamandum sic: vicque orationibus et confessionibus: cum adhuc corde mortuus sum. Et scriptum sit: qui non est in morte qui memor sit tui: in inferno

aut quis confitebitur tibi? **A**horis autem et in  
 fernus: pculdubio status est peccatoris in p  
 fundo peccatorum suorum sepulchri: et adhuc in  
 eo iacentis/ac putrescentis. Sicut euidenter  
 legitur **Ecc̄i. xvij.** ante mortē inquit confitere  
 mortem inq̄ h̄mōi quā p̄dixi. ppter quod et  
 cōuenienter sequit̄. a mortuo em̄ quasi nihil  
 erit confessio. **D**ñino enim insensibilis corde  
 peccator efficit̄. p mortem istam. **E**t ppter hoc  
 nec videt nec sentit illa. in quibus tot̄ sepul  
 tus est. **Q**uid igit̄ facto eius opus est? quod  
 est illi consiliū salutare: hoc est indubitat̄  
 vt procuret qui clamēt pro eo. **E**t horum cla  
 matorū duo sunt genera. **P**rimū est opa ip  
 sa misericordie. sicut expresse legitur **Abacuc**  
 j. quia lapis de pariete clamabat. et lignū qd̄  
 est inter iuncturas edificiorum. respondebat  
 quod et in bono et in malo intelligi potest. **P**ri  
 orum em̄ edificiorū et ligna et lapides clamāt/  
 in aures dei omnipotentis: pro edificatoribus  
 quē admodū de rapinis et male acquisitis: edi  
 ficationes fiunt contra edificatores suos. ad  
 dñm. sicut dicit **Jacob** in. iij. c. epl̄e sue. **Au**  
**rum** vestrum et argentū eruginauit. et erugo  
 eorum vobis erit in testimoniū. **Q**uā aut̄ vox  
 bonorum operū. et etiam malorū. et magna et  
 valida sit. expresse legitur **Sap̄iē. iij.** **E**x in  
 quis om̄es qui nascuntur testes sunt nequitie  
 eorum interrogatione sua. **E**t alibi. **I**psē  
 interrogabit opa nostra. **D**e hoc etiā alias au  
 diuisti in precedentibus. **B**ona igit̄ opa no  
 stra et inter ea opa pietatis. nō solum clamāt  
 pro oratoribus suis coram dño et ad ipsum. s̄  
 etiam pugnant sup scutum ad protegendum  
 ipsos. **E**lemosyna namq̄ exorat ab omni ma  
 lo. et super scutum potentis. ac super lanceas  
 aduersus inimicum tuum pugnabit. **S**icut  
 legitur **Ecc̄i. xxi.** **A**lij clamatores efficacissi  
 mi atq̄ validissimi intercessores sancti siue q̄  
 hic militant. siue qui iam cum christo domino  
 regnant. **E**t hi inter eos validiores in conspe  
 ctu dei altissimi gratiosiores sunt. **P**ropter h̄  
 igitur et commutatione bonorum temporali  
 um virorum sanctorum qui adhuc in mundo  
 isto sunt. preces procurande tibi sunt. et etiā  
 precibus et obsecrationibus emendicande.  
**Q**uanto fortius igitur eorum qui cum chri  
 sto domino regnant et gloriātur. **A**n times  
 ne tot et tantis clamantibus pro te: clamo  
 res vitiorum et peccatorum tuorum audiat  
 prelargus miserator deus? **A**bsit. cum nihil  
 odiat miserator deus prelargus. nisi vitia et

peccata. **A**bsit. vt ea audiat contra te: et tam  
 caros tāq̄ gratos intercessores tuos repel  
 lat. **S**ancti quoq̄ qui contra nos clamant:  
 ppter iniurias et cōumelias. placādi sūt em̄  
 datiōe cōtumeliaz et iniuriarū. q̄s eis irroga  
 uim? **E**t nihilomin? p̄cibus et supplicatiōibus  
 qualib? et q̄tis possum? **H**oc aut̄ docemur in  
 exemplo beati **Benēsij.** qui priusq̄ orare pre  
 sumeret. p archidiacono. quē in vita ista dile  
 xerat: placauit inclitā **vginē** et martyre agne  
 tam: et quendā alium sanctū: quibus ablatio  
 ne possessionū quarūdam. iniuriatus fuit ar  
 chidiaconus ille in ecclesijs eorū. **D**e aīa  
 bus vero que tam in inferno q̄ in purgato  
 rio contra nos clamant: quid aliud nobis faci  
 endū est: nisi vt et per nosmetipsos q̄tū nob  
 datur: pro liberatione ipsarū satagamus. **E**t  
 etiam per alios ad hoc ipsum laborem? em̄  
 dicantes eis aliorū suffragia: qui nostra illis  
 subtraximus. nec intelligas in hoc sermone  
 meo. q̄ pro liberatione animarū que in infer  
 no detineri sciunt: preces faciente sint. **S**ed  
 hoc ignoratur: non est pigritandū qn̄ pro eis  
 et cōiter p̄ fidelib? defunctis oib? suffragia fiāt  
**S**cit em̄ de? oīs q̄b? p̄desse vel possint vel de  
 beant. nec patietur aliquē eorū defraudari a  
 fructu. qui ei cōpetere potest ex huiusmodi  
 suffragiis. **L**aque aut̄ tibi tota diligentia. ne  
 beatam et intemeratā dei genitricem aduer  
 sariam habeas vilo modo: cuz impossibile sit  
 te placatum aut propitiū habere benedictū  
 filium eius: ipsa tibi offensa vel aduersante.  
**I**psa quoq̄ tibi propitia vel fauente: impossī  
 bile similiter sit. vllum ex omnibus militibus:  
 celestibus. vel quēq̄ ex tota illa ecclesia san  
 ctorū nō eē. p̄pitiū et fauētē: **I**psa etiā apien  
 te. os sacratissimū. os gratiarū. os b̄ndictū  
 suum. ad loquēdū misericordissimo filio suo  
 pro te: omnis iniquitas tua. et aduersariorum  
 suorum opilabit os suum. **O**mnes em̄ obmu  
 tescent. totaq̄ illa celestis curia: incipiente  
 ea loqui pro te: loquetur benignissimo mise  
 ratori filio eius. **Q**ualiter autez placandus  
 sit ipse iudex vniuersorū. et dominus noster  
 iesus christus: iam audiuisti in precedentib?  
**E**t vnus modus eum placandi est: vt tuiple  
 placatus sis proximis tuis. **A**hemor igit̄ esto  
 eius. quod legitur **Ecc̄i. xvij.** **H**omo homini  
 seruat iram: et a deo querit medelaz. **D**e hoc  
 et in eis q̄ p̄cesserunt. **E**t in tractatu de opib?  
 et mirabilibus virtutū. **E**t in caplo de miscōia  
 multū audiuisti. **A**th̄th. xvi. exp̄sse legit̄ ex  
 f 4

## Capitulum

verbis dñi. serue neq̄ omne debitum dimisi tibi / quoniã rogasti me. Ex quo expresse colligitur q̄tū possunt valent apud misericordiam dei preces etiaz peccatorum. cum ex toto corde ad ipsum clamauerint. Numerat etiam et nō in merito inter stulticias et fatuitates nunciū istū: q̄ ipsis negocijs licet arduissima sint: nec curat nec cogitat / nisi hoc soluz q̄ petitionem nudam porrigit et offert deo omnis ignorans. quid illa contineat / et quid per eaz petat. Et hec manifesta sunt in omnibus orantibus / qui labijs suis strepunt / et tumultuant in ecclesijs sola inania / prozsus ab eis que desiderare et per oronem petere deberent contraria cogitantes: et de his que verba orationum signant nihil omnino intelligentes / q̄uis aut ista magne stulticie et intolerabiles sint: nō sunt tamē orationes hmōi contemnende vel abijciende. Iste em̄ sunt / quē admodum laici litterarum. signari / porrigentes et offerentes summo pontifici petitiones suas in scriptis. cum omnino ignorent quid in illis contineat: et quid in ipsis vel per ipsas petatur. Sūmus vero pontifex / nō ad ignorantiam ipsorum / sed ad petitionem respicit et attendit. Hec parum vel leue est q̄ per ignorantiam istam interdum / et ofoni deperit et oranti. **O**mni em̄ modo et studiosius et obnixius q̄ illud qd etiã non cogitatur. inuenitur: et cum eis que audi uisti in nuncio isto / quam orationem dixi / duplex est peruersitas. Prima est. quia sibi met contradicit. Est em̄ rectitudo orationum cōuenientissima: vt orans eum / om̄is / manum porrigat ad capiendum quod petit: ad quez dirigat sermonem petitionis. Et ita faciunt om̄es mendicantes et elemosynaria beneficia petentes. Abanu em̄ et voce in eum intendunt / a quo benefici sibi petunt. Tibi autē et notissimum est: quia manus in eam parte extenditur / in quã tendit et opatio. Qua ppter qui tantundem agit nisi opa diaboli: ad eum habet extentam proculdubio manum suam. Ab eo igitur petit impleri manum suam: cui illam porrigit. Qua ppter contrarius est sibi ipsi. Deuote et a deo petit beneficium: manuz vero ad diaboluz tendit qua peruersitate qd intolerabilius estimari potest. **S**ecunda peruersitas est qualis in ludo fieri consueta est. ludo inq̄ qui vulgariter vocatur ludus asini. vbi ad ipsum emptorem dorso verso sermo dirigitur: et de precio asini cum eo tractatur. **D**ico igitur quia ad eam partem / et ad eas res /

facies mētis obuerfa est: et ad eas respicit q̄s cogitat / vel de quibus. Ipsa em̄ cogitatio siue cogitatus: mētis intuitus est siue aspectus. qua ppter q̄ ipso momento orationis ad aliam mente intuetur / vel aspicit: quasi dorso verso ad deum: loquitur ipsi. quere vt ita dicat asinum. Oratio igitur hmōi et ridiculosa est / et ipsi deo contumeliosa. Quis em̄ fortasse iocose aut illusorie cuiq̄ homini sic loquitur: vt dorsum ad ipsum habeat / et faciē ad alia. Iste igitur peruersitates in oratione sunt contrariates. seu contradictio eius ad semetipsum. et ridiculositas illusoria contra deum. que ambe / in om̄i nuncio et procuratore / q̄tū dedecet: q̄tūq̄ ipsum impediatur: nemo intelligens ignorat. Defectus quoq̄ vocis et loquē / **A**f q̄tū noceat negocijs que per nuncium gerenda sunt: manifestum est tibi. et iam audi uisti in precedentibus: quia vox orationis desiderium est. Et quia muta est oratio: que voce caret hmōi. Debilitas vero in desiderio / siue cupiditas: raucedo est in voce orationis. **Q**uarta ergo stulticia / est nuncium mutū aut raucum et sine voce audibili existentē / ad eam sublimē curiam mittere. presertim p tot et tantis / tanq̄ arduis negotijs: vt sunt negotia animarum. Et quoniã iam edoctus es / p dei gratiam / de oratione. quia ipsa est preciosissimum desiderabilissimum atq̄ magnificū dei donum: presertim cum depurata est: et immunis ab imperfectionibus / et alijs impedimentis que audi uisti. perfecta vero dispositi onibus q̄s per me in hoc tractatu audis: **N**ō relinquitur tibi ignorare: q̄ a deo studiosissime deuotissimeq̄ ac obnixē petenda est. cum ipse solus auctor et doctor ipsius est / atq̄ inspirator est.

De cantico peccatricis aie. La. XXXIX

### Est hec prose

**P**uar tertiam perfectionem orationis. per quã est cantio / canticuz et cantilena. Abanifestū ē em̄. qz psalmi et cantica s̄m plurimuz sui / ofones sunt. **P**reterea **E**sa. xliij. exp̄sse d̄r ad aiã peccatricē / sume citharã circui ciuitatē meretrici oblioni tradita. bñ cane / frequēta cãticū vt memoria tui sit. **E**o nãq̄ ip̄o q̄ vocat eã meretricē: ip̄am eē peccatricē clamat apte. **Q**ue at ē cithara quã sumē iubet: nisi cor hūilitate excauatū ac p̄fūdātū: et bonaz cogitatōnū et affectōnū cordis

superius intēsum: ac preparatū ad resonādū  
 concentū quem audit. Et dixi cogitationū  
 seu affectionum: non audens dicere virtutū:  
 cum illas anima peccatrix non habeat. nec li-  
 bera potestate ipsius sit. vt illis tendat et pre-  
 paret os suum tanq̄ citharam. humilitatem  
 vero intellexit. De qua dicit Bernardus. q̄a  
 est humilitas quā veritas parit. Et alia hu-  
 militas quā charitas parit. Facile est autem  
 vnicuiq̄ peccatori deprimere cor suum. ac p̄  
 fundari sub mole vitiorum et peccatorum suo-  
 rum. et euacuare ipsū. atq̄ exinanire a bonis  
 virtutum. et bonis meritis. quod non est ali-  
 ud q̄ cognoscere vel recognoscere vacuita-  
 tem suam et paupertatē. atq̄ sentire vacuum  
 a bonis. quibus deberet esse plenissimum.

**E** Proinde cogitationes bonas quibus se ac-  
 cuset peccator. ministret ei conscientiam. si-  
 desq̄ etiam mortua sacratē doctrine. cui⁹ no-  
 stris temporibus tanta copia est. Affectiones  
 quoq̄ bonas. quales sunt timor. pudor. ira.  
 et dolor. de quibus in precedentibus. decem  
 numerate sunt ipsa vitia et peccata. ea intue-  
 ri volentibus copiose ministrant. Et hoc de-  
 clarabo tibi. licet per occasionem hoc faciam.  
 Sunt namq̄ huiusmodi cogitationes et affe-  
 ctiones de benedictionibus dulcedinis. qui-  
 bus deus preuenit illos. quos ad gratiam pe-  
 nitudinis illustrat et preparat. Si queratur  
 cuiusmodi cationem vel canticum. cantare  
 iubetur meritoria ista. Respondetur. q̄ cantio  
 ista vt plurimum habet lamentationem. et ve-  
 parum aut et vel modicū carminum. Decem  
 em̄ ille affectiones. quas prenumeravi tibi.  
 lamentatorie tantū sunt. et malorum que pec-  
 catores in seipsis spiritualiter patiuntur. ex-  
 pressorie. Et quoniā peccator. vere spiritua-  
 liter mortuus est. et malis suis obsessus et op-  
 pressus. que vox decet eū nisi lamentaria. et  
 malorū suorū expressoria. magnum autē ini-  
 tium vite est peccatori lamentari. et lugere se  
 ipsum. Et magna speratio atq̄ appropinqua-  
 tio ad resurrectionem et vitā. imo vite nouita-  
 tem que est vita gratie. qua. s. deo grate siue  
 gratiose viuatur. Et debes scire. quia quēad-  
 modum in citharis et alijs instrumentis. ma-  
 gnitudo concavitatis atq̄ profunditatis. re-  
 sonantiā adauget atq̄ dulcorat. Sic in citha-  
 ra cordis. humilitas quā predixi. q̄to em̄ siue  
 cogitatioibus siue affectibus magis se humili-  
 lat et deprimat peccator. coram domino. tanto

ipsi gratius et acceptius resonat in oratiōe co-  
 ram ipso. Quēadmodū dicit beatus Hiero-  
 nymus. Nihil a deo deo displicet in peccatore. vt cer-  
 uix erecta post peccatum. ita nihil ei gratius  
 in eodem. q̄ curuatio vel humiliatio eius. de  
 sub mole peccatorū. sicut legitur Baruth. j.  
 Anima que testis est magnitudine mali et in-  
 cedit curua et in infimis et oculi deficientes. et  
 anima esuriens. dat tibi dñs gloriā et iusticiā.  
 Q̄tū em̄ pro peccatis suis semetipm humili-  
 at. sub potenti manu dei. tm̄ sup seipm siue in  
 seipso deū exultat. Q̄tūq̄ semetipsum in  
 eis et pro eis despicit atq̄ viuificat. tantū in se  
 metipso deū honorat. Similiter et quātum se  
 metipsum confundit in peccatis suis. et pro il-  
 lis. tantū deū glorificat. tantūq̄ gloriā dat  
 deo in semetipso. Dat ei et iusticiā. cum se iniu-  
 ste contra ipsum egisse fatetur. et recognoscit.  
 Dat ei et iusticiā. cū vitia sua et peccata sibi  
 soli attribuit. non facto. nec constellationi.  
 nec ipsi deo contra eos qui naturā malā eum  
 creasse blasphemant. Et quosdam planetas  
 malos creatos fuisse. infaustosq̄ et infortuna-  
 tos. et ad nocendum naturaliter. id est. ipsa na-  
 tura sua potentes et prodesse nō valentes de-  
 lirant. Quēadmodū de Saturno et Albarte  
 astronomi fatidici. mentiti sunt et scripserūt.  
 Dat deo iusticiā qui se iustificatione et vltiōe  
 diuina. dignū esse constitetur. ipsumq̄ deū iu-  
 ste acturū secū predicat. si vitia sua et peccata  
 placeat vindicare. Curua incedit et in infimis  
 anima. que nec etiā audet oculos leuare ad  
 celū pre confusione. quia celo spreto eiusq̄ fe-  
 licitate. infernum et eius tormenta eis pretu-  
 lerit. In hac em̄ resonātia. p̄ prima chorda de-  
 bet resonare. fides. Et primum quattuor so-  
 nos siue voces de imēitate incogitabilis lar-  
 gitatis et beneficentie dei. vbi primus sonus ē  
 recogitatio beneficiorū. seu donorum nature.  
 Secundus recogitatio veniarum. quibus re-  
 misse sunt nobis tam culpe q̄ pene. Tertius  
 recogitatio gratiarum. per quas ad decorez  
 diuine similitudinis reformati sumus. Quar-  
 tus. recogitatio gloriarum. seu hereditatis  
 eterne. in qua ius hereditarium nobis in ba-  
 ptismo collatum est. Abuta sine voce atq̄ so-  
 no est. vel debilis et pene rupta chorda fidei.  
 que sonos istos incessanter non resonat. et  
 idubitant in eis et apud illos sic resonat cho-  
 da fidei. quibus data est scientia salutis. Pos-  
 sibile ē tñ tibi et aliter distinguere et affigere so-

## Capitulum

nos fidei. vt primū ponat recogitatio singula-  
ris illius ac stupendi beneficii / vicz incarnati-  
onis ac passionis charissimi ac benedicti vni-  
geniti filij dei. ¶ Deinde beneficiorum / que  
per sacramenta nobis incessanter vel collata  
sunt vel tribuuntur. In quibus sup omnem  
admirationem / ē sacratissime eucharistie sa-  
cramētum. ¶ Tertius recogitatio beneficii  
doctrinarum z reuelationum / quibus erudi-  
ti z docti sumus de secretis sapiēcialibus / de  
quibus non fecit deus taliter omni nationi.  
¶ Quartus sonus est recogitatio diuitiaruz  
patientie z longanimitatis dei: per quas tam  
magnatos z malos / in tot z in tam malis / tā-  
diu tam benigne / tam misericorditer / tā dul-  
citer sustinet / z expectat: mirisqz z ineffabili-  
bus sibi soli notissimis vijs z modis: ad miseri-  
cordiam suam z gratiam reuocare z reduce-  
re / q̄tū in ipso est non cessat. Interdum autē  
obstinatissimos z durissimos / z obduratissi-  
mos / z omnino rebelles: conuertit ad se. id est  
iustificat. Quid putas coraz deo cogitat: qui  
ista negligit cogitare? Licet igitur chordam  
vnā istius cithare fidem dixerim: non incō-  
ueniēter tamē psalterium decachordum dici  
potest. Decem vero ille affectiōes que tibi su-  
perius nominare z numerate sunt: psalteriū  
decachordum rectissime nominatur. in quo  
tanto iucundius deo psallitur: quāto maiori  
angustia cordis / decem illi soni resonāt in eo-  
dem. Et ne mireris si fracta cithara / et nerui  
debiles z non bene tensi: debitum z perfectū  
concentum non reddunt vel resonant. Cor  
contractum cithara fracta est. Contractum  
in q̄ fractione de qua legitur Eccl̄i. xxi. Cor fa-  
tui quasi vas contractum / z omnem sapienti-  
am non tenebit. Nerui debiles z pene rupti /  
gratie preparatorie z benedictiones dulcedi-  
nis: quidem quibus preuenit z preparat nos  
dominus. preparat in q̄ ad gratiam peniten-  
tialis iustificationis. Et sunt reuera initialia  
quedam adiutoria ad illam. Ibi quattuorde-  
cim soni / cum de cithara cordis sonuerunt: li-  
cet debiles / licet exigui: auribus tamen mise-  
ricordie dei / iucundum sonant: z ad ipsuz im-  
petrant: vt memoria sit meritricis obliuioni  
tradite. Cū vero perfecta fuerit cithara cor-  
dis: z neruis omnibus debitis conuenienter  
preparatis z ordinatis: erit cor humanū psal-  
terium iucundum / simul cū cithara / resonās  
q̄ inferiori: hoc est pro liberatione a malis / z

etiam pro condemnatione impiorum / gratia  
rum actiones / benedictiones / collaudatio-  
nes / z glorificationes. A parte vero superio-  
ri: pro omni largitione beneficiorum. Hec ea-  
dem vel resonans a pre inferiori / dei iudiciuz  
iustissimum ac per omnia laudandum. A par-  
te vero superiori misericordiam. A miseri-  
cordia namqz dei super omnia opera eius est. sicut  
legitur in ps̄. Et misericordia super exaltat i  
iudicio. sicut legit Jacobi. i. propter hoc ergo  
dictum est in ps̄. misericordiam z iusticiā can-  
tabo tibi domine. In penitentibus z etiaz ad  
penitentialem gratiam conantibus / conue-  
nientissime sunt: omnibusqz pijs viribus au-  
ditu iucunde. Septem resonantie exteriores  
quas preaudiuisti. scz gemitus / suspiria / eiu-  
latus / z plactus / clamor qualis est vlulatus  
deinde singultus / atqz rugitus / an putas / su-  
per omnem cogitationem z admirationem mi-  
seratozem largissimum / deum continere pos-  
se aures suas / aut auertere ab hmōi concen-  
tibus? An putes aliquem in omnibus illis exer-  
citibus / pulcherrimarum sublimiumqz mili-  
tiarum celestium: continere posse vocem ora-  
tionis z deprecationis / q̄n q̄ eā emittatur vt  
prosit orantibus? Sciendum autem est tibi  
quia quē admodum chorde seu nerui littera-  
les / in cithara litterali / seu alio quocunqz mu-  
sico instrumento: binatim ordinātur atqz ten-  
duntur. z ppter hoc bini z bini resonant. Sic  
z in cithara ista spiritali / virtutes omnes bi-  
ne z bine inuicem connexe sunt: sibiqz inuicē  
adiuuant / sicut legitur de alis animalium se  
inuicem tangentibus Ezech. i. Exempli gra-  
tia amor bonorum z odium malorum: spes et  
timor. continentia z abstinentia. magnificen-  
tia z humilitas. z ad hunc moduz se habet de  
alijs. Et attende concordiam ipsarum ad in-  
uicem. quia vnaqueqz discordaret z male per  
semeripsam sonaret / imo dissonaret nisi alte-  
ra alteram moderaretur ac temperaret vlad  
iuuaret. Manifestum est enim tibi qualis ab-  
stinentia continentiam adiuuet. rumpit enī  
neruus continentie aut vehementer debili-  
tatur et deprimitur sonus eius: si abstinentia  
illum non adiuuet et confortet. Notum est  
vnicuiqz nostrum qualiter comessatio et ebrī-  
etas repugnent continentie / aut interdum  
extinguunt. Ceter enim mero estuans / vt  
dicit Hieronymus. Facile spumat in libidinē  
Similiter z spes in presumptionem eleuaret

sonum suū: nisi eā timor repmeret et modera-  
retur. Timor vero in desperationē rueret: ni-  
si illū spes ab imo fulciret et sustentaret. sic hu-  
militas in vilitatem abiectiois semetipsam  
abijceret nisi illam magnificentia sustentaret.  
Spa q̄ magnificētia: ne nimis i altū profiliat  
et in supbiam se eleuet: ab humilitate p̄mitur  
et in rectitudine sui ordinis retinet. sicut inue-  
nies in amore et odio. Nō em̄ est possibile bo-  
na laudabiliter p̄ omnia facere / custodire / nu-  
trire / atq; defendere p̄ omnia amore bonorū.  
nisi contra mala pugnet assidue: nisi eis resi-  
statur viriliter: qd̄ pp̄ie ac p̄ se odij est malo-  
rum. Eodem modo nec mala impugnabunt  
fortiter / nec resistēt eis viriliter: si amor bono-  
rum ad h̄ non adiuuerit. Si em̄ bona nō amē-  
tur: p̄ que malis resistit / et mala repelluntur:  
nō est possibile vt contra ea laudabiliter pu-  
gnetur. **S**i querat quis de ip̄a fide: quam  
virtutē habeat sociā et cōnexam: ac si quereret  
de neruo fidei / quis ei neruus alius in ista cy-  
thara associet? Eodem r̄ideo in hoc q̄ discre-  
ditas erroris et impietatis / est chorda: q̄ si  
dei cōiungit in cithara ista vt ex hac tam hor-  
rifica detestatione / nō solum declinant erro-  
res hm̄i: sed etiam abijciunt. Et om̄is error  
impietatis / tanq̄ venenū mortiferū abijcit p̄  
virtutem istam atq; declinat et fugit et etiam ab-  
horret. **S**i quis aut̄ obijcere voluerit: quia  
contrariorū eadem est disciplina / et idem sen-  
sus. R̄ideo in hoc / quia alius motus est p̄se-  
cutio erroris et impietatis / et odij. alius in se-  
cutio salutarium credulitatū / et amor ipsarū.  
Et possibile est vt aliquis peritus sit in procu-  
randis et educendis egritudinibus: omnino  
in scius sanitatis procurande vel inducende  
sicut manifestū est in bellatoribus multis / q̄  
vulnerare et occidere doctissimi sunt. Sana-  
re aut̄ et a morte suscitare prozsus ignorant.  
Sic quoq; possibile est vt aliquis de veneficis  
acquirendorū: consciendorū ac uenditorūq;  
venenorū habeat peritiā / eorūq; porrigēdo-  
rum astutiā: sanādi aut̄ a lesionibus earū nō  
habeat licentiā. Causa aut̄ in hoc indubitan-  
te esse potest / vt animo solo nocendi vel vni vel  
pluribus studuerit / vt in talibus sit. Et aliud  
de venenis scire nō curauerit: possibile nāq;  
est vt solo odio alicui⁹ p̄sone vel aliquarū in-  
ductus fuerit ad hoc: vt talia fieri veller. **L**uz  
aut̄ psalmi cantiones vel cantica sint. **A**mani-  
festū est q̄ qui psallunt / vel psallentes audi-  
unt saltare debent: quē admodū lasciuu boies

et mulieres / ad auditum cantilenarū turpius  
saltant / id est gestulationibus corporū suorū  
rident modulationibus quas audiunt. sicut  
dicit veritas **M**att̄h. ij. **L**ecinum⁹ vobis et nō  
saltastis. lamentauimus vobis / et nō plorastis.  
Saltationes igit̄ iste sunt motus sp̄iales: q̄  
bus moueri debemus / et ip̄i psallentes et ps̄-  
ab alijs audientes. **E**xempli gr̄a cum psalmi  
distinctionē diuine iusticie et vltionis resonāt:  
timore debet concuti cor et deo: sum poni. **L**ū  
aut̄ misericōiam: debet spe erigi sursum. **L**ū aut̄  
honorē et gloriā dei resonant: gaudio dilatari  
vt de beatitudine p̄missa dilectorū et electorū  
ipsius: desiderio et amore illius cor accendit.  
**E**t p̄ viam istā currit res in omnibus psalmis et  
psalmodijs. vt quid em̄ in ip̄o p̄ncipio psalmi  
nominat̄ tibi beatitudo / cū dicit̄. **B**eatus vir  
nisi vt desiderio et amore in illam saltet vel in-  
sileas. **D**einde p̄pter similit̄ causam denomi-  
nat̄ tibi virilitas. vt a puerilitate animi dissili-  
as: et virilitatem tanq̄ p̄fectionē tibi debitam  
concupiscas. **S**ic p̄pter eandem causam sub-  
sequēter dicit̄ tibi. **Q**ui nō abijt in consilio im-  
piorum. miseria est quā beatitudo et virilitas  
a se procul expellunt. **N**ominat̄ ergo tibi sub  
negatione: vt ab ea declines et fugias animo  
atq; proposito: qui beatitudine et virtute tan-  
q̄ inseparabiliter annexum ipsis / diligas et tene-  
as. **N**ec dubites qn̄ cor p̄ omnia b̄i dispositum  
et a seruitute corruptionis plene et p̄fecte libe-  
rum ad auditum psalmodie congruentibus  
illis motibus moueat. **A**lioq̄n qui vel psallūt  
vel psallentes audiunt onos lyros sunt. id ē  
asinū ad lyram. qui cōcentui lyre vel cithare  
nullo motu gestulationis respōdere norūt.  
**C**ausa autem in hoc est quia ipsam suauitatē  
concentus huius non sentiunt. **H**eu q̄t onos  
lyros / et asinos insensibiles habet hodie san-  
ctus **D**avid: imo spiritus sanctus ad citharā  
suam et psalterium. qui nihil prozsus spiritua-  
lis armonie ibi sentiunt. **N**ihil de his que per  
psalmos spiritus sanctus omnibus loquitur /  
intelligunt vel etiam cogitant. **E**t quod ē ma-  
ioris absurditatis / ipsas voces psalmodiarum  
ita ruditer: adeoq; inepte refecant et vocife-  
rant: vt voces eorum a rudibus asinis differ-  
re valde modicum videntur. **Q**uod ē de his  
qui milicie clericalis stipendia tam auide cu-  
piunt: q̄ districte exigunt et quanta diligen-  
tia nūmos ipos bladū et vinū q̄ rōne hm̄i mi-  
licie sibi debere: ipudētissime aptissimeq; me-  
tunt: q̄ nō solū voce psallere negligunt corā

## Capitulum

dño: sed etiam psallentes impediunt. et pro sa-  
 cratissimis psalmis fabulis in choro resonant  
 vtiñā attendant / quia fures et latrones / et cō-  
 tra deum et contra alias quibus psallendo suf-  
 fragari debuerant se exhibent: dum sine cau-  
 sa stipendia percipiunt / vel quod mai⁹ est rapi-  
 unt. **¶** Propter hanc causam vitz qz psalmo-  
 dia thesaurus est / continēs aurū et gēmas di-  
 uitiarum spiritualiū. Et apotheca spūs sancti  
 est continēs aromata omniū donozū virtutū et  
 gratiarū. Statutū est in ecclesia dei / vt super  
 omnes scripturas / liber psalmozū frequentē  
 Nulla em̄ scriptura de veteribus / que mentē  
 humanā ita ditare et replere sufficiat. Nulla ē  
 medendis animarū languoribus / consolam-  
 dis / confortandis / et delectandis animabus  
 humanis adeo potens aut efficax. Sūt et mul-  
 te spūales virtutes et pprie: que alibi et docen-  
 de et discende sunt. Thesauri igit̄ tam precio-  
 si / tanqz nobiles / a spūs sancto p psalmos et in  
 psalmis ostendunt̄ puocemur ad amorem et  
 desiderium ipsozū. Apotheca sancti spūs co-  
 ram nobis in eis apit et exponit: nō solum ad  
 medelas vt pdixi: sed etia ad delicias / quas  
 illi solum nozunt quibus datur eas sentire.

Quid intelligat p vitulos labioz. La. XL

### Est hec prose

**¶** Quar de orone fm qd ipsa est vitu-  
 lus labiozum. Nihil em̄ aliud pos-  
 se videt vitulus labiozū in vltimo. **¶** See vbi  
 dicit: Reddemus vitulos labiozū nostrorum  
 Cui cōcordat Ap̄lus in vltimo ad heb. dicēs  
 ¶ Per ipm ergo offeramus hostiā laudis semp  
 deo. i. fructum labiozum confitentū nomini  
 eius. Abusue nāqz vltra modū intelligentur  
 vituli labiozum / vituli labijs promissi. Dico  
 igit̄ quia in vitulo intimū est medulla / omib⁹  
 alijs q̄ vituli sunt gustu suauior. Deinde car-  
 nes. tertio ossa. quarto piguedo. q̄nto pellis.  
 Et similiter in orone intimū deoqz placitissi-  
 mum ipsa pietas / orantis / intentio siue volū-  
 tas pncipalis obtinendi quod p orationē im-  
 petrari intendit̄. Et ppter hoc qui absqz intē-  
 tione oronē dicit vel recitat / ipsam potissima  
 sua pte mutilat et detruicat. Cogitare igit̄ de-  
 bet apud semetiipm atqz formare / quid ei per  
 oronem querendum vel petendum sit. Ad h̄  
 em̄ orandus est deus / vt veniam et gratiam / et  
 gloriam / et cetera bona data sua put ipse no-  
 uit expedire largiat̄ orantibus. et his pro qui-

bus orat̄. **¶** Si quis nihil horū intendat p vo-  
 ciferationem oronis: strepit indubitanter et  
 tumultuat̄ in ecclesia dei oīno a deo nihil pe-  
 tens. Quia ppter nec orans est homo hmōi:  
 cum omnis orō petitio sit / sicut in pcedētib⁹  
 audiuiti. Intende aut̄ quia non est necesse /  
 vt omnis orans intendat certe et determinate  
 aliquid istoꝝ que p̄dixi. Multi em̄ vniuer-  
 saliter vel generaliter / intendunt p orones  
 bona data dei. nō cogitantes singulariter de  
 venia aut aliquo alioꝝ: q̄sto autē feruentior  
 fuerit intentio hmōi tanto erit medullata ma-  
 gis orō / et ossa eius medulla pinguiori refer-  
 ta. **¶** Ossa vero in orone / fortitudines sunt q̄  
 bus sustentari et defendi habet orō. **¶** Difficili-  
 mum quippe est muscas irruentiū cogitatio-  
 num / ab orone abigere: eāqz impedimentis  
 omib⁹ depurare / depuratāqz seruare. **¶** Aba-  
 nifestum aut̄ est tibi contra om̄em difficulta-  
 tem / fortitudinem esse necessariā. sicut dicit  
 Aristotel. quia virt⁹ et ars circa difficilima sūt  
**¶** Necessaria est vt alia fortitudo / contra te-  
 dium plixitatis: a quo multi ex orantib⁹ vin-  
 cuntur: qui vix inceptam oronem consumma-  
 re sufficiunt. Interdū aut̄ et a cepta statim de-  
 sistunt. **¶** Est et alia fortitudo necessaria / con-  
 tra dilationem doni quod petit̄. Differt enim  
 deus interdum dare quod postulat̄ ipsa dila-  
 tione cor preparantis et aptans ad recipiendū  
 sicut dicit Aug⁹ sup illud ps̄. Concupiuit aīa  
 mea desiderare iustificationes tuas in omni  
 tempore dicens ibi / q̄ vt tu voles implere sac-  
 cum vel ventrē / aliquo bono vel p̄cioso: distē-  
 dis illum atqz dilatas vt capatiorē ipsum ef-  
 ficias. Sic deus volens implere cor tuum / di-  
 stendit illd atqz dilatat longo desiderio: vt ca-  
 patius id / eius quod petitur efficiat. **¶** Contra  
 moram igit̄ et dilationē istam: necessaria ē for-  
 titudo quedam: que pprio nomine longani-  
 mitas appellat̄. **¶** Est et alia fortitudo necessa-  
 ria contra iram quāsdā et ipatiētiam: qua mul-  
 ti eousqz exagitant̄ et deficiunt: vt vix pstra-  
 ti ad oronē / ab ea statim exurgāt: p eo q̄ gra-  
 tia oronis et deuotionis eis nō statim tribuit̄:  
 dicentes quid facerem hic aridus et frigidus  
 corde duro et vacuo ab omī gratia deuotionis.  
 Ibi pculdubio ignorant oronem et deuotionē  
 dona gratuita esse dei: et vt hoc ipsuz addiscāt  
 nō statim eā cū volunt obtinent. Insinuatur  
 igit̄ eis phoc: vt ea petere discant et assuescāt  
 Interdum aut̄ et q̄tra difficultate obtineant̄.  
 ipsa experientia edocent̄. quasi em̄ preda q̄daz

gratia orationis et deuotionis interdum rapitur a deo et de medio irruentium cogitationum duricieque cordis in quadam violentia eripitur. sicut dicit Seneca. vit datum predam putato. Improbitate igitur et importunitate vult a se eripi gratiam orationis misericors deus et ut obtenta gratior et carior habeat. iuxta illud. Gratiores est fructus quam spes productionis edit.

**P** Est et alia fortitudo orationis et est quasi grauitas quedam contra leuitatem cordis. que tanta est in aliquibus stultis et indoctis: ut non permittat eos ea. uti nisi ad modicum et breue. cum illam adepti fuerint. tunc enim ab oratione surgunt cum in ea potissimum esset imorandum et potissimum insistendum eidem. hoc autem est quia cum datur eis gratia orationis abundans deuotione pinguis et lachrymis irrigua: cum tantis bonis eis utendum esset. imo cum tam bono sic impatientes sunt tanti boni: quod proculdubio est quedam felicitas. tunc namque datus est eis aduocatus gratiosissimus et eloquentissimus: de quo non immerito sperare possunt quod obrineat eis quicquid petunt. Ipsi autem tunc imponunt silentium et vocem eius interrumpunt: et cum gratiosorem et magis propitiā habet audientiam: atque cum efficacius allegat eam ipsorum: os eius obstruunt imo quod deterius est. ipsum mortificant et extinguunt. Qui enim tunc orare desinit cum ei bene est in oratione et deuotione et lachrymis: orationem indubitanter mortificat et extinguit. etiam eo tempore quo utilius et efficacius eidem insisteret. Ille vero qui sentiens in semetipso paupertatem omnimodam et defectum deuotionis et lachrymarum. et propter hoc orare desinit. vel desistit. insanissimus pauper est. qui mendicare et panem ceteraque sibi necessaria querere differt. Diues enim indubitanter est qui gratia deuotionis et lachrymarum abundat.

**Q** Homo etiam homo est ea stulticia laborat: ut quia videt hauritorium suum vacuum: ad fontem vel fluuium probaurienda aqua ire contemnit paratus ire ut dicit et haurire cum hauritorium eius plenum viderit. aut senserit. Proculdubio stultus homo spiritus sancti esse fontem orationis atque deuotionis et omnium gratiarum nescit: ipsum esse flumen cuius impetus lerificat ciuitatem dei. Ignorat insipientissimus cor suum esse hauritorium quod orando in fontem istum imergitur vel mittitur: ut inde gratiarum muneribus impleatur. Non videt quod orando ad fontem istum vel fluuium accedit: vel venit: vel potius ad cor iste fons vel fluuius attrahitur. sicut ipse spiritus sanctus per prophetam nos docuit dicentem. Os meum

apertum et attraxi spiritum. Et est tertia stulticia huius qui frigiditate cordis sui sentit et ad caminum appropinquare non vult. Donec illud sentiat calefactum. Ignorans proculdubio spiritus sancti fornacem esse et caminum spiritualis ardoris vitalis et viuifici caloris. Ignorat etiam quia orando ad fornacem istam et caminum propinquat. Et in appropinquatione ipsius vicis imo presentia corda primū tepescunt deinde calescunt tertio vero flammescunt. Quis adeo stultus est qui dicat sustinebo frigus istud mortiferum longius a fornace. nec appropinquabo ad illam donec plene fuero calefactus. Cum autem perfecte calefactum me videro: appropinquabo ad illam. Et est quarta stulticia hominis huius. Ipse enim est quemadmodum stultissimus qui videt se ventre vacuum et refecione admodum indigentem mensamque refertissimam in conspectu suo positam et paratam. et dicere non erubescit non accedere ad mensam istam donec ventre plenus fuero et opipare saturatus. Quid enim aliud est homo cor habens gratia deuotionis vacuum: nisi homo ventre spirituali ab escis et potibus spiritualibus vacuo. Quis autem ignorat nisi insipientissimus in oratione ventre homini cibis et potibus repleti spiritualibus: ipsumque hominem ibi spiritualiter satiari. Quia propter manifestum est quia miserimus erroneus est qui propter hoc ad mensam refecionis spiritualis que est opulentia spiritus sancti ad eam pro orationem accedere negligit quia se vacuum ab homini alementis sentit similis est stulto qui fame se perire sentiens ad mensam opiparā ut in ea comedet et reficiatur accedere contemnit. Est ergo negligentia hec et torpor infirmitas homini que etiam viros religiosos interdum reuocat et auertit et in paupertate pro nominata detinet. Irripenda igitur est aliqua fortitudine ista infirmitas. Quia ergo iste fortitudines quas nominavi tibi orationi necessarie sunt ut eam sustentent et fulciant: eamque fortem et robustam efficiant: non immerito ossa orationis vituli nominantur. hec sunt ossa medullam pie intentionis et orationis continetia fortisque protectione custodientia. Carnes vero istius vituli intellectus sunt et cogitationes que verbis orationis signant. Pinguedo vero carniū homini deuotio est nec obsistit quod dicit Gregorius super verbum illud psalmi. holocaustum tuum pingue fiat. dicens quia holocaustum pingue fit cum bonum opus quod agit etiam lachrymis irrigat. Lachryme namque non deuotio ipsa sunt: sed ex deuotione profluunt et procedunt. Pellis autem vituli istius ipse preterit et series

## Capitulum

verborū ofonis est / quib<sup>9</sup> alia que dicta sunt continent / et tanq̄ a pelle exteriori operiunt / Pili quoq̄ in vitulo isto / strepit<sup>9</sup> est vocalis exterior. Tales reddere debem<sup>9</sup> vitulos labiorū nrorū / p̄p̄ qd̄ dcm̄ ē. Reddem<sup>9</sup> vitulos labiorū nrorū. *See vlt. vt pd̄ixi.* Nō em̄ p̄p̄rie reddit nisi quod debet. Apparet igitur de omnibus que p̄cesserunt / de vitulo isto / q̄ iniuriōsi sumus deo / etiā in illis p̄ que iniurias irrogatas eidem em̄dare debem<sup>9</sup>. Quis em̄ nō videt / innumerabiles in ecclesia clericorū tam seculariū q̄ etiā claustraliū / nec etiam pilos vitulorū isto n̄ dño reddentes / nec ea vocali strepitu in ecclesijs resonant / sed tanq̄ in dormitorio medias matutinas / aut etiā intergras dormiunt / nunq̄ eas postmodū domo reddentes aut restituentes. Abulti p̄ vocib<sup>9</sup> ofonis / vocibus inutiliū fabulationū / aut etiam seculariū negociorū in eis strepunt et tumultuant<sup>9</sup> / tractātes sibi inuicē sua secularia / et interdum negociationes / faciētes p̄culdubio domū ofonis / domū negociatiōis. *Excrabilius aut̄ est / q̄ p̄ laudibus et hymnis dei turpiloquijs / p̄phanant et polluit<sup>9</sup> / et ip̄m dei seruitiū / et chorū diuinis honoribus et laudibus consecratū.* Sunt et alij qui vt pellē vituli istius deo reddant / totū in hoc studiū suū cōferunt / nec vnā syllabā vel vnū iota de tota integritate verborū ofonis negligi p̄mittentes. Et hoc vtiq̄ bonū est / nisi deū potiorib<sup>9</sup> vituli istius defraudarēt / sed dū intellectus et signata verborū ofonis / vel nō habēt vel nō curent / et si in altera pelle vicz deo satisfacere videant / in reliquo tñ / i. in carnibus nō modicum sacrificiū laudis detrahunt et detruncāt. Abulti delinquunt circa adipē siue pinguedinem / omnimode aridi et in deuoti orātes / cū offerre debeāt vitulū saginatū. Clerici quoq̄ de medulla istius vituli nō curant / et forsitan curare nō norunt. Abulti nec pellem verborū nec pilos exterioris vociferationis offerre curant / vel dignant<sup>9</sup>. Dicit aut̄ David ex p̄sona recte offerentiū. *Holocausta medullata offeram tibi.* Quis ex magnatib<sup>9</sup> hmōi fraudes vel rapinas v̄ iniurias sibi fieri sustineret / v̄ delictet vt p̄ vitulis medullatis et pinguib<sup>9</sup> ex medullati / excarnati / macilentissimi / et per oēm modū pinguedine carētes / exossati / decoriati / et nec pilos etiā habētes offerrentur? An nō vides congregationes hmōi orantiū et tam apte vitulorū hmōi sacrificia deo s̄brahentū / ne dicā spelūcas esse latronū / s̄ magis

acies vel cuneos raptorū. Quis ignorat / q̄ si ne cā accipiūt stipendia oratorie militie / imo tanq̄ fures et raptores. Et p̄pter hoc ad restitutionem omnium sic perceptorum teneri<sup>9</sup>.

Quare per fumum thuris signat oratio / et quid per puluerem pigmentarij. La. XLI

## Docet nos spi<sup>9</sup>

ritus sanctus p̄ Jōhem euangelistam Apocal. ij. vbi dicit de vigintriquattuor seniorib<sup>9</sup> / qui habebant singuli citharas et phialas aureas plenas aromatorū que sunt ofones sanctorū. Et iterū eiusdem vij. Stetit angelus ante altare habēs thuribulum aureū in manu sua / et data sunt ei incensa multa / vt daret de ofonibus sanctorum super altare aureū / qd̄ ē an̄ thronū dei / et ascendit fumus incensorū sanctorū / de manu angeli corā deo. Per David quoq̄ docemur orationem incensum esse vbi dicit. *Dirigat oratio mea sicut incensum in conspectu tuo / qua directione et ascensu ipsa quoq̄ anima orantis ascendere dicit in lib. canticozū. c. iij. vbi dicit. Que ē ista que ascendit p̄ desertū sic virgula fumi / ex aromatib<sup>9</sup> mirrhe et thuris / et vniuersi pulueris pigmentarij. Virgula igitur fumi ofo ē q̄l̄ eē indicat aromata mirrhe et thuris / et vniuersi pulueris pigmentarij. veteri q̄ lege Exo. xxxij thimiamata fieri iussit sibi dñs ex quattuor aromatibus stacte / onica / galbani boni odoris / et thure lucidissimo. Quia igitur hec quattuor tñ aromata noiānt vt ex eis cōficiat thimiamata / p̄ quod ofo rectissime intelligit. Ibi v̄ noiānt mirrha et thus / et deinde exp̄sse vniuersi pulueris pigmentarij. Colligit euidēter quia oratio p̄fecta ex omnibus modis suis. Virgula fumi est / qualez describit lib. Lantico. Quattuor vero illa aromata / que moyses noiāt quattuor virtutes que in ofone necesse valde sūt indubitanter signant / sic apparebit tibi ex proprietatibus aromatuū illorū. I habet aut̄ questionē quid intelligi debeat / hic puluis pigmentarij / Virtutes em̄ nec frangende nec conterende sunt nec in puluerem redigende / q̄n potius in omni integritate sua querende. Integritas nanq̄ carū et p̄fectio a deo plus diligitur / q̄ minutie vel fragmenta ipsarum / puluis aut̄ pigmentarij / vnde erit nisi ex pulueris virtutū cōfractis atq̄ cōtritīs. Cōfractio vero et contritio virtutū qd̄ ē nisi mortificatio earū. *¶* Si forte quis dixerit / quia cōtritio*

ista cordis ē aut intelligit h̄ de corde nouo qđ  
in se creari petebat Dauid. qđ vtiq; ē bonū z  
sc̄m. ppter hoc om̄i custodia seruādum. sicut  
pcepit Salomon p̄ouerb. iiii. Nō est igitur  
frangendū aut conterendū. Si x̄o intelligit  
hoc de corde veteri qđ totū est ex mēbris viti  
orum z pctōrū. qualiter cor hm̄i contritum  
erit puluis pigmētarius: qñ potius puluis fe  
tidissim⁹ z odoris pessimi. ¶ Debes igit scire  
in hoc quia contritio nō ē sicut cōfractio aut  
contritio corporalis: que indubitanter destru  
ctio est eius quod confringit aut cōterit. sed  
est subtilis examinatio z p̄singula discussio q̄  
examinat/qualiter ipsa eloquia sacra z p̄sin  
gi z conteri dicunt. cū subtiliter z p̄singula di  
scutiunt examinant z exponunt: integra tñ  
remanent z om̄ino nihil lesionis passa. cū sic  
cōfracta z contrita fuerint. Vitia vero z pec  
cata/malleo verbi dei sic confringunt z con  
terunt/ vt penitus destruant z annihilant. Cū  
em̄ nō solum volūtas peccandi/ sed ipsa cogi  
tatio etiā peccati/ sic confringit z conteritur  
z nihil eorū prosus remanet in eis/ qui vere  
penitent. Contritio vero ista nihil lesionis in  
fert/ vel suffert cordi contrito: qñ potius lesi  
ones vitiōrū z pctōrū in eo sanat. Nō frangi  
tur igit cor/ sed fractum integrat z solidat/ z  
fractiones ipsius atq; contritiones omnino  
curat. Cōtritio igit ista diligens ē z subtilis ex  
aminatio ac preparatio cordis: qua seipm sic  
p̄scrutat: vt qđqd deo displicere in se inueni  
rit atq; cognouerit: conterat atq; confringat  
vt p̄dixi/ malleo verbi dei semetipm duriter ī  
om̄ibus z singulis male actis pcutiens. qđ est  
dicere vsq; ad mortificationē/ om̄imodamq;  
destructionē eorū que in se punienda cogno  
uerunt. Cor igit contritū dicit̄ fm̄ duas inten  
tiones/ vtz fm̄ se/ vel fm̄ ea que in ipso cōter  
renda sunt z mortificanda. Cor em̄ intelligit  
sensus z voluntas. z sensus cū erroneus est  
tanq; periculosus cōterendus ē z mortifican  
dus in pte ista. Sicut voluntas improba siue  
critatis. Possibile tamen est et plerūq; sit gratia dei faciente: ut hōi homines vel meditatione sacrorum eloquiorum: vel auditu calefiant et inflamment. propter quod dictū est. carbones succensi sunt ab eo. Carbones inq; qui pri<sup>o</sup> extincti et gelidierāt. Insufflauit em̄ christus dñs in apostolos dicēs. Accipite spiritum sanctum. Sicut narrat Job. in ultimo ca. lib. sui. Nec dubitandum est illos in sufflatione hōi: vel calefactos fuisse: vel calorem sancte dilectionis in eis fuisse. Manifestum igitur est ex his omnibus. quia intendentibus calefieri calore isto saluari: ea de scripturis sacris ad medicinam ipsis eligenda sunt: q̄ maxime igne spiritus sancti flammescunt. Et hoc est quod docet Gregorius sup̄ Ezech. dicens quia cum ad charitatem incendendam accendendam et inflammandam aut in nobis aut in alijs incendimus: verba in nobis ad hec eligenda sunt: cui omne quo loquitur igne charitatis vaporatur.

Que valeant ad accendendum vel nutriendum ignem orationis p̄dictū. La. XLIX

### ¶ Met permultū

ad hoc consideratio iugis atq; rememoratio incogitabilis largitatis et bñficentie creatoris infatigabili continuatione imo semper profusissima. Manifestū em̄ est id esse beneficia ad calefaciendum cor amore benefactoris quod sūt torres et ignes omniaq; ignita ad calefaciendum corpus calore corporali. Quis em̄ eosq; obfrigit ut v̄ leui ac modico beneficio in largitorem ipsius aliquo amore nō calefaciat. Quis igitur abscondere se p̄t a calore dei. i. misericordia ipsius qui cognoscat se incessatē obrui bñficijs ei<sup>o</sup> preferatim intellecta imensitate illoꝝ. Primum igitur recogitanda sunt calefieri vel alios calefacere cupientib<sup>o</sup> et intendentibus. beneficia nature qualia sunt esse et vita atq; ea ex quibus vivimus et sumus. Que q̄to amplius diliguntur: tanto in amore sui largitoris maiori dilectiōe calefaciunt cognoscētes. Quia igitur super bñficia naturalia omnia ista diliguntur / v̄ amore pregrandi amari faciunt deum datorē omnium ipsorū: vel p̄culdubio ignoratur / deus eē dator eorum. Ex quo manifestū est / q̄ modica vel nulla sit fides et scientia dei / in maiori pte hominū. Nō em̄ potest stare ista fides vel scientia dei / qua cognoscitur vel credit actor

et dator / esse ipsius / esse nostri. et vite cum isto mortifero gelicidio: quod ex minorib<sup>o</sup> beneficijs omnimode solueretur. Si enim non ē possibile alicui credere vel scire q̄ aliquis alterū oculo: um ei vel dederit vel reddiderit: q̄n ca leat amore magno datoris vel redditoris huiusmodi: qualiter possibile erit ut tanta puer sitas cor humanum peruerterit: ut tam lōge magnoꝝ beneficiorum: ut sunt esse et vita: deum auctorem et datorē cognoscat et ipsuz non diligat. Amplius cum vnusquisq; hominum non sit nisi quasi quidam aceruus et congeries quedam donorum et beneficiorum dei proculdubio non est vnusquisq; nostrum nisi aceruus ignium et rogas ardentissim<sup>o</sup> / ex tot et tantis ignibus / quot et quāta sunt beneficia dei / congesta et aggregata in nobis et ex ignibus sunt eē et vita et mēbra singula et vires naturales / bonaq; anime naturalia. similif bona corporis. Quapropter flammis et ignibus maior est rogas iste in vno quoq; nostrum: q̄ fuit fornax illa babilonica / maior inq; sup̄ omnem proportionem et comparisonem. Inuenit igitur vnusquisq; in se fornacem incomparabiliter maiorem ignium et flammarum: q̄ fuerit illa babilonica. Quapropter in semetipso inuenit vnusquisq; non solū vnde caleat amore largitoris tantorum bonorum: sed etiam vnde totus ardeat et flammescat. Et intēdo ardore naturalis amoris: q̄ recognitio bonorum naturalium petit. attende hic frigiditatem diabolicam: quia rogas totus frigid<sup>o</sup> et tanti ignes et flammę existunt in vno quoq; homine: qui amore creatoris adhuc frigent. Quid vltius dicam tibi o homo / inaudite pene et incogitabilis peruersitatis. Tu ipse ignis es totaliter / et fornax imensarum ignium et flammarū / et tamen frigidus. Quis vsq; ad h̄ tempora audiuit / vel cogitauit / ignem congelasse. Factum igitur est in te diabolicū istō miraculum. ex quo apparet. q̄ sicut ex luce visibili est / vel procedit calor sensibilis. sic ex luce spirituali / que est fides seu scientia dei: qua creditur et scitur actor et largitor vnicus esse bonorum omnium / est vel procedit calor ille spiritualis / videlicet amor in deum / et intēdo amor naturalis. ¶ Si consideraueris ipa beneficentia dei gratuita: remissionem videlicet penarum debitarum. remissionem culparum commissarum. emundationem ab inquinamētis vitiorum et peccatorum. reformationem et deorationem animarum humanarum / per do

# Capitulum

na virtutum. que sunt pulchritudines et perfectiones animarum nostrarum. gratia qua nos de imo/ imo de extremo vilissime turpissimeque seruitutis/ in sublimitatem tante nobilitatis in altum: vt filios dei nos efficeret et heredes. Ipsam quoque hereditatem eternam/ que est regnum preinclitum et preclarum. Inuenies vnumquodque istorum esse maius incomparabiliter beneficis omnibus antedictis. **¶** Si alijs omnibus calere amore creatoris forsitan non potuisti ab his tot et tantis ignibus: et incomparabiliter maioribus qua frigiditate vel gelicidio te defendes vel abscondes. Sed in hoc ipso eandem dico causam esse huiusmodi/ tam mortifere congelationis tue videlicet extinctionem lucis fidei/ et scientie dei/ siue defectus. Non enim possibile est hanc lucem fidei et sapientiam dei/ radiare super cor humanum/ et non inflammare illud ardoribus saluberrimis. Ad hec igitur totis studijs inuigilandum est nobis/ totis virium animarum nostrarum conatibus petendum: vt illa luce fidei atque scientia dei perfundamur/ et irradiemur. alioquin in medijs tot et tantis/ frigore morimur. Et quod magis est stupendum et diabolicum miraculum congelamur. **¶** Quid dicam de donis et beneficijs dei que omnem estimationem nostram omnemque humanum et etiam angelicum exuperant cogitatum. An non est ipse dei filius donum dei et beneficium incogitabili largitate diuine misericordie et gratie/ nobis singulis et omnibus datum. Quot autem modis et quibus/ et ad quos fructus et utilitates: audiisti in precedentibus. An non ipse spiritus sanctus donum est/ et quantum est in misericordia et largitate omnibus nobis et singulis donans. Similiter et ipse pater misericordiarum semetipsum dedit nobis ad omnem usum necessarium. Semetipsum dedit nobis in creatorem et in conseruatorem et protectorem/ in deum et patrem: que sunt dona excedentia omnem estimationem. Similiter in regem et rectorem/ in refugium ad omnem necessitatem. Dedit seipsum nobis finaliter atque diuissime obrinendum/ ad plenam gratie fructificationem. Non enim modica aut leuis est promissio illa quam fecit nobis per Ezechielem prophetam dicentem. Ero illorum deus. Pregrandis enim gloria est ipsum habere deum: sicut habere patrem. habere namque ipsius deum/ est habere sponsum/ et spiritali matrimonio illi esse coniugatum. Unde alibi debes

# L

esse doctus/ quia tota illa gloria semperque adoranda et veneranda trinitas/ merces est ac premium totum/ quod et solum bonum omnium scientiarum intelligentium quantum in ea est. Quod dico propter illas que iustissime semper ac per omnia laudanda iudicia ipsius tamen donum non adipsam piscuntur. **¶** Vides igitur euidenter quia non prunarum minutis neque ignium scintillis/ sed montibus igneis. Hoc est ingentibus et vniuersis beneficijs te non solum circūdedit diuine largitas bonitatis: sed etiam ex illis te condidit mirabiliter et struxit. Et vt predicti rogamus imo fornacem imensam tam grandium flammarum et ignium te fecit. Et tu queris a me dicens vnde accipiam ignem vel calorem: quo caleam dilectione in deum. Et ego viceversa interrogo te: qualiter effugies ardores istos/ et flammam tam grandes beneficiorum dei: vbi te abscondes a tantis istis ardores. Nec enim effugere potes temetipsum/ nec elongari a temetipso: qui vt predicti rogus tam gradis es/ imo fornax immensa.

De memoria beneficiorum diuinorum.  
Capitulum

# L

## Quonia bre

uis forsitan intellectus tuus/ eousque vt altitudinem et imensitatem tantorum beneficiorum attingere forte plene non possit: faciam rememorationem minorum beneficiorum: que quidem quicquid intellectus facile apprehendat. **¶** Respice igitur et attende in obsequio creaturarum: que tam officiose tam sedule innumeris obsequijs tibi seruiunt. Et primum sanctorum et beatorum angelorum. quorum officia et obsequia que nobis incessanter impendunt: in tractatu singulari de ipsis declaravi nominavi et numeravi tibi. Et vt de alijs taceam: quis satis admirari laudareque sufficit fortissimam vigilantissimamque custodiam. qua nos incessanter custodiunt: malignos spiritus arcetes a nobis et conpescetes eos: ne per voto sue malignitatis in nos seuiant: absterrentes eos et diffugantes a nobis: interdum autem religantes. Deinde quis adeo iniurius est adeoque negligens salutis sue quis adeo ingratus et in deuotus: qui non attendit beniuolentiam ipsorum erga nos: per quam et orationes nostras offerre deo altissimo/ et suas ipsis ad iocere non cessant. Quis inquam attendens/ non agnoscat incogitabilem pietatem et dulcedinem creatoris diuicias erga nos. quoniam tam fideles

## Capitulum

tam industrios: tam diligentes mediatores inter se et nos: nobis dedit. Nec enim cessat sollicitudo eorum apud deum pro nobis nec circa nos in omnibus que et nobis necessaria esse vel salutaria conspiciunt. Et idem de sanctis et beatis animabus tibi est sciendum: et quantum ad officium interpellationis pro nobis. Unde quis cause sue periculum et negotiorum que expedire habet coram deo arduitatem et multitudinem aduertens: tam necessario: ut tanquam salutarium auxiliorum: datorem deum exinde non amare possit? Quis denique sanctorum labores: studia et dolores: quos pro nobis ad dei gratiam adducunt subierunt et sustinuerunt: apostoli sancti martyres et confessores: omnesque doctores meditando. scribendo. predicando. et multi ex ipsis: tormenta immania passi sunt: vel leuiter cogitet: et non in ipsum datorem tantorum adiutorum et adiutoriorum saltem amore debite gratitudinis ut cumque caleseat: et hec spiritualia beneficia sunt.

**A**d propterea procedam ad temporalia: quorum amor tam facile attrahit. alligat. captiuat. inebriat. et interdum usque ad insaniam concitat. Attendat qualiter misericordissimus creator totum celum inclinat in obsequia tua. Et hoc manifestissime respicitur in obsequiis solis et lune: que tibi die ac nocte lumen ministrant aliisque tam multa seruicia: que philosophis naturalibus solis nota sunt. tamen tibi incessanter impendunt. in sole velut seruum strenuissimum. seruum per omnia impigrum tam mane surgentem singulis diebus ad illuminandum. et interdo mane summe diluculo ad ministrandum lumen tibi in gressibus et in omnibus operationibus tuis. similiter et equo tuo et omnibus animalibus tuis. Seruit igitur tibi sol euidenter: quasi seruus lucernam preferens ante te: ostendens tibi discrimina viarum: ne in eis cespites aut corruas: vel etiam offendas: ad regendas et dirigendas vias operibus tuis. que nec bene nec recte nisi in lumen fieri possunt. Preterea occulta beneficia. que per stellas et planetas nobis incessanter prestantur. que paucissimis etiam sapientibus nota sunt. Respice in aera: et cogita de ventis: qualiter aera interdum serenant. Flubes interdum inde diffugantes: et nubila. Interdum autem nubes aggregant tanquam vasa aquatica: et aquis plena quasi circumuertentes ea humeris suis: ad ministrandum aquam et ad irrigandum agros tuos et vineas ortos

et prata. nec non ad ipsum aera humectandum et tempandum: qui inde salubrior fit hominibus: et ad expirationes et respirationes conuenientior. Ipsa etiam commotione et exagitatione ventorum: aera ipse depuratur. et ad vitam hominum animaliumque spirantium et respirantium conseruandam fit aptior. Nec pretereas utilitates quas venti prestant nauibus: tam marinis quam fluuialibus. sed et molendinorum que solo vento molunt utilitas negligenda non est. Deinde respice in aquas: et primum in fluctus qui sunt pisces: et non sufficies numerare vel estimare comoditates et utilitates que per aquas tibi prestatur in fluctibus antedictis. Deinde respice utilitates euectionum. naualium. et molendinorum aquaticorum. ablutionum. irrigationum. potationum et condimentorum in pulmentis. et occurret tibi tanta magnitudo tanta multitudo utilitatum quibus tibi seruiunt aque: ut in numeratione et mensuratione earum deficere necesse habeas. Post hec considera terram et videbis tanquam quoddam creatoris promptuarium et thesaurarium. diuiciarum innumerabilem et imensarum. Ex ea enim ut ex quodam promptuario creatoris: et victus et vestitus: et inhabitatio siue tectum nobis assidue ministratur. Ex ea enim sunt et fruges et fructus olera herbe legumina. Ex ea enim sunt et carnes animalium quibus vescimur et nutri-mur. Ex ea enim sunt linum et canapium ad nos vestiendos. Ex ea generantur animalia quorum lana et pellibus plumis induimur: Ex ea sunt lapides et ligna et sabulum de quibus nobis habitacula fabricantur. Quis autem medicinas que de terra gignuntur enumeret? Quis innumeratas metallorum gemmarum lapidum preciosorum marinorumque estimare sufficiat? Quis olei liquores. balsami. lactis et vini et omnia genera gummi memoriter teneat? Quis multitudinem venarum terre. varietatemque lapidum earum: vel dinoscere vel numerare potuerit? Ad herito igitur terram dei promptuarium ad escas et vestimenta que nobis inde ad ministrat nominem. Quantum vero ad diuicias auri et argenti: gemmarum ceterorumque omnium que homines diuicias vocant: non minus recte thesaurum diuiciarum eiusdem creatoris vocaui: cum in ea tot et tanti diuiciarum huiusmodi thesauri repositi et absconditi sunt ab ipso creatore. Nec tibi pretereundum est quantum et optis visibus et utilitatibus humanis aia-

lia deseruiūt. r'alia / qdā euectionibus / alia  
 equitationibus. alia agriculturis / r'alia in oī  
 bus r' pōnia in vsibus hominū r' utilitatibus  
 r' viuunt r' moriunt. Ita vt carnes. lane r' pel  
 les cornua r' dentes. r' ipe etiā supfluitates: a  
 varijs utilitatibus nō vacarent. Quis enim  
 nō videt ex dentibus elephantoz r' cornibus  
 bubulorū mira ornamenta r' instrumenta fie  
 ri. Clides de lignis r' arborib' q' multiplici  
 cedunt / dolant / sculpanē / in varias utilita  
 tes r' vsus hominū. r' alia quidem exuruntur  
 ne frigorū supfluitas noceat hoībus. Alia ap  
 tant in edificia / vt sint nobis in tectum habi  
 tatiōis r' in munimē p'ectionis a pluuijs r' vē  
 tis niuibus atq' grādibus. Tantis igit' tor  
 mētis suis / laceratiōibus scilic' / exustiōibus /  
 ad omnes iniurias / aeris expositionib' / nobis  
 seruiūt ligna siluarū. Ligna vero domestica  
 tanta varietate fructuū. Ligna xō r' arbusta  
 aromatica tāta virtuositate medicamentozū  
 ac odorametozū. Hec em' omnia diligētī r' in  
 tuenti cōsideratiōe considerāti / apparet eui  
 denter prelarga b'ificentia creatoris / que tā  
 ta imensitate a multitudine beneficior' r' do  
 norum suoz ex omī pte nos obruit / pascit.  
 vestit. circūdat munit r' protegit contra omnia  
 incomoda r' nocumēta: vulnerū / egritudinū  
 r' infirmitatū corporaliū. r' despūalibus inco  
 modis taceam. Si quis rex magn' regnū to  
 tum r' singulas regni partes. omnesq' magna  
 tes / aliosq' vniuersos subditos suos / tuis ob  
 sequijs onorasset. Ita vt omnia et singula que  
 de regno ipsius sunt. omnesq' r' singuli subditi  
 sui / obsequijs tuis die ac nocte inuigilarent:  
 An possis te continere ab amore illius. Et sic  
 facit r' fecit vnicuiq' nostrū incessanter domi  
 nus deus noster. Nec em' cuiq' de his que in  
 celo vel de celo sunt in pte ista pepercit. Nihil  
 omniū istoꝝ que eius sunt a seruitijs nostris  
 voluit esse imune: quia nullū ex angelicarum  
 militiarū exercitu. Nullā ex sanctis r' beatissi  
 mis aiabus. nullam ex stellis luminarib'. Ad  
 hunc modū curre pōnia / quicqd est a sumo  
 celo vsq' ad deorsum / seruire nobis facit. si tñ  
 hoc dignamur. Ipse etiā infernus nō ē exem  
 ptus a seruitute nostra / vel seruitijs / dū r' no  
 bis sūt terroꝝ r' horroꝝ incutiens a malis in  
 numeris nos custodit / atq' bona nostra nob  
 conseruat: que si nō esset timor ipius minime  
 durarent in nobis. Alias etiā tortoz noster ē /  
 r' vindex omniū iniuriarū r' cōtumeliarū no  
 bis irrogatarū vindictas in omnes iniuriato

res nostros tam iustas tātasq' exercēs: vt ni  
 hil sit qd' vltra eas de inimicis n'ris reqrat iu  
 sticia. neq' etiā ira nostra: Que non seruicia  
 nobis impendat purgatorius ignis / vel loc'  
 ipse noiē suo ipemet indicat euidenter. dum  
 quicqd purgandū inuenit in aiabus hinc ex  
 euntibus / r' ad patrie celestis felicitatē pgen  
 tibus / purificat r' elimat: mūdans illas clarif  
 simas lucidissimasq' deo r' p'sentans remune  
 ratori. De terris ventis r' maribus / r' alijs eo  
 compēdio tibi satis factum ē: vt sup hoc qcq'  
 vltorius nō reqras. Quid dicam et de ipso  
 creatore / qui est trinitas gloriosa / vt' verus  
 ac solus deus / pater filius r' spū sanctus / qui  
 nec sib' ipsi in pte ista vel pepercit vnq' / vel p'cit  
 qd' euidenter apparet in spūalibus b'ificijs: q'  
 sunt illuminationes / iustificationes / mūdati  
 ones / decorationes / custoditiones / p'ectio  
 nes r' defensionēs animarū n'rarū: a qb' nūq'  
 vacat incogitabilis pietatis sue dignatio. In  
 potes aliquid cogitare / quod cor humanum  
 in amorē benefactoris inducere possit: qd' di  
 uina bonitas erga nos negligat / vt obmittat  
 Addam aut' r' aliam cōsiderationē: que vti  
 nam nunq' recedat a memoria tua. Respice  
 in vniuersitatem r' apparebit / quia ipa est in  
 numerabilis multitudo ministrorū / seu serui  
 entium varia dona r' xenia / tanq' ex p'mptu  
 ario quodā diuine largitatis r' beneficentie / ti  
 bi deferentium r' offerentium atq' p'sentanti  
 um. Que quia vt p'dixi r' ostendi / ignes sunt  
 r' flāme ad calefaciendū cor humanū / amore  
 largitoris ipsoꝝ. Si interrogaueris vnde  
 veniunt / vel quo vadunt. quo tendunt vt qd'  
 intendunt ipsa. In veritate respondebunt tibi  
 bi / quia nos sumus innumerabilis multitu  
 do miserationum dei / portantes ignem r' flā  
 mas / ad calefaciendum cor humanum / fri  
 gore mortifero congelatum / r' penitus extin  
 ctum. nec tamen totz tanti ignes flamme: ge  
 licidium eius adhuc dissoluere sufficiunt.  
 Addam r' aliam considerationē in qua nō  
 modicum est ammirationis nostriq' doloris  
 et confusionis. Dico ergo / respice mundum  
 vniuersum / et videbis ipsum totum arden  
 tem atq' flammantem largitate r' beneficē  
 tia creatoris. Ex omni parte illius micant  
 flamme donozum r' beneficiorum creatoris:  
 sicut euidenter vides ex precedentib'. Qua  
 propter manifestum est totuz mundum / siue  
 vniuersuz creaturarū oīuz / etiā cū ipō creatore  
 fornacē esse totaliter ardentē r' vndiq' flāmā

## Capitulum

tem. Quia propter de mirabilibus diabolicis p  
grande miraculoz nō solū q̄ tanta fornax nō  
te calefacit: sed etiā q̄ in medio ei⁹ posit⁹ non  
totū ea conflagras. Attende igit̄ insanissi-  
mum cor humanū / vbi te posuit creator bñdi-  
ctus vicin medio tot⁹ tantorū igniū inen-  
se fornacis. Quia propter nō solū calere te volu-  
it ex tot⁹ tantis ignibus ⁊ flāmis / sed etiā ar-  
dere ⁊ eē ignitū. propter quod de lucifero dcm̄  
est Ezech. viij. quia ipse erat in medio lapidū  
ignitorū / angelorū. s. qui p̄ larga beneficentia  
creatoris igniti erāt: nō solum calentes amo-  
re ipsius / sed etiā ardentes atq; flāmātes in  
illū. Dicā adhuc ⁊ vulgare prouerbiū quo di-  
ci solet. Qui obruit me aduertat me. quod ē  
dicere / capit ⁊ ad se trahit. hoc insanissimum  
cor humanū tibi dici pōt. quia tot muneribus  
⁊ tantis obruit te deus ex om̄i pte ⁊ tū tu non  
admittis vel capis vt te attrahat / ⁊ ad se tra-  
hat. Interrogo te etiā adhuc: qd̄ peccauit de-  
us aduersum te / vt eum diligere vel nō velis  
vel nō valeas: nec tanta fornace tot⁹ tanto-  
rum igniū calefieri posses amore ipsius. Sz  
vt de donis ⁊ bñficijs istius taceā: qualiter de-  
fendas te ab imensitate bonitatis ⁊ pulchri-  
tudinis ipsius: illa velut camin⁹ incogitabilis  
ardoris / totā ciuitatē celestem inflāmat atq;  
conflagrat. Inde ardet om̄is exercitus mili-  
ciarū celestiu⁹ / ⁊ om̄is scōꝝ ecclesia. i. beatissi-  
marū aīarū que ibi iam recepte ⁊ gloriūate  
sunt. Attende q̄ bonitatē ⁊ pulchritudinem  
dei tibi predicat incessanter vniuersitas crea-  
turarū. que admodū ⁊ in ipsa ecclesia canitur  
Quē terra pontus ⁊ ethra colūt / adorāt p̄di-  
cant. Dic queso que mulier a deo refrigidata  
vel maleficiata esse pōt: vt iuuenē sponsuz di-  
ligere noller: si die ac nocte p̄dicaret sibi boni-  
tas ⁊ pulchritudo ipsius. Glide igit̄ q̄ mortifera  
est infrigidatio tua: q̄ stupendū gelicidi-  
um / vel vt verius loquar / q̄ validū diabolicū  
istud maleficium quo ita maleficiat⁹ es: vt tot⁹  
⁊ tantis dei bonitate ⁊ speciositate incessan-  
ter nullo amore in eum caleas p̄fertim cū in-  
numerabilibus ⁊ inestimabilibus bñficijs vt  
cor tuum iugiter se ingerat ⁊ impugnat. Dic  
interrogo te / si venalis est amor tuus: quem  
emprore aliū queris q̄ deum: expectas: quic  
quid mundus dare potest p̄ amore tuo. hoc  
est dicere vt amet a te / compatione eorum q̄  
iam dedit deus / ⁊ iam cōtinue dare nō cessat /  
atq; eorum que promittit ⁊ p̄parauit diligen-  
tibus se: nulla sunt. Si vero liberalis atq; gra-

tuitus est amor tu⁹. An est aliquid amore tuo  
dignum / vel bonitate vel pulchritudine: com-  
paratione dei: imo vt vulgariter loquar / in  
om̄ibus alijs perdit amor / in eo solo digne et  
per om̄ia laudabiliter collocatur. Sz si amor  
tuus nisi p̄ vim ⁊ violentiam extorqueri pōt  
a te: nec sic fugere vel abscondere te a calore  
ipsius. Attende minas. considera / errores.  
vide ipsum gladio euaginato supereminētē  
capiti tuo: ⁊ mortē anime ⁊ corpis intonantē.  
vide eterna supplicia ⁊ ardores sempiternos  
quibus te traditurum cōminatur: si non eum  
amaueris. Que mulier si talia ei fierent vel  
interpretarentur / cum allegaret violentiam  
⁊ per illā nō se excusaret si quis de amore illi⁹  
culparet eam. Omnibus autem huiusmodi  
violentijs longe fortior est assidua predicatio  
bonitatis ⁊ pulchritudinis dei: largitate beni-  
ficentie ipsius ⁊ infatigabili continuatione in  
vnūquenq; nostrum profusissima. Accedunt  
⁊ ad hoc non parue virtutes efficacie: diuine  
patientie ⁊ longanimitatis ipsius / quib⁹ tam  
malos ⁊ ingratos in tot⁹ tantis malis vitio-  
rum ⁊ peccatorum tam diu tam benigne tam  
misericorditer tā dulciter sustinet ⁊ expectat  
Admirisq; ⁊ ineffabilibus sibiq; soli notissimis  
modis / ⁊ vijs: ad misericōdiam ⁊ gratiā reuocare  
⁊ reducere non cessat. Aggrega igitur h̄ om̄-  
nia. ⁊ inuenies per hoc: quia nullum patet tibi  
refugium ab amore dei. Non etiam est ex-  
cogitare latibulum / vbi te abscondere posses  
a calore eius. Et quia cuiuscunq; modi vt cō-  
ditionis sit amor tuus: necesse est vt in euz te  
inclines: ⁊ ei te conglutinet ⁊ vniat. siue enī  
liberalitas sit quod est ad donandum: siue ve-  
nalis quod est dicere ad vendendum: siue p̄  
extorsiones ⁊ violentiam suam acquisibilis:  
non potest ipsum auertere a deo. Lum om̄es  
accusationes ⁊ omnia prouocatoria siue incē-  
tua amoris incomparabiliter maiora et forti-  
ora sint / pro eo: q̄ vix alia cogitari possunt.  
Non est igitur tibi effugium vel euasio. nisi ef-  
fugium vel euasionem huiusmodi ab amore  
scilicet ipsius / extremum vocas periculum.  
Et est simile / si quis dicat illum euasisse / qui  
extremum atq; supremum incurrit periculū  
et latronem euasisse cum perferat suspendi-  
um. Ad vltimum autem ponam quod est  
omnibus procuratorijs atq; omnib⁹ incenti-  
uis illis fortissimū. Et h̄ indubitāter ē amor il-  
le nimius ⁊ incogitabilis: quo ipse prior dile-  
xit nos. Omnium enī incentiuorum ⁊ calefa-

ctiuorum: maximum est ignis. Amor autem quod dileximus ignis est. Quia propter ad calefaciendam et inflamanda corda nostra convenientissimus. Ignis enim igne et longe conuenienter et longe efficacius quam alijs accendit. Ego docebo te amatorium subaudis medicamentum sine carnie sine veneficio. Si vis amari: ama. propter hoc ipsum dicebat ad eum David. Exurge domine deus in precepto quod mandasti quod est dicere. Adimple tu illud. Et hoc est preceptum charitatis siue dilectionis. et tunc synagoga pleborum circumdabit te. Cum enim ostendit imo exhibuit euidentissime in semetipso: quia diligebat genus humanum. tunc factus est et ille dilectus hominum et aggregati sunt ad eum. eius uniti unitione amoris. hoc est ignis. a quo neque homo neque aliud aial se abscindit. Omnes enim homines diligunt diligentes. et omne aial diligit a quo diligit. Et hoc est quod ipsemet dicit in euangelio luce. Ignem ueni mittere in terram. quod uolo: nisi ut accendantur. Ignem istum hoc est singulare istud et stupendum beneficium: ne separet illud a corde tuo. Ipse namque aduentu suo ignem siue dilectionis erga nos ostendendum misit in corda hominum. Et licet hoc ipsum omni largitate beneficentie siue sicut dixi fecerit et faciat incessanter. hoc tamen in singulari et incogitabili immensitatis beneficium incarnationis siue uicem passionis et mortis. hoc incompatibiliter et incogitabiliter et magnificentius fecit et efficacius. hunc ignem igitur applica cordi tuo / iugi recogitatione ipsius: et tene incessanter pro memoria tenacissimam in corde tuo / et non effugies ne dicam calorem / sed etiam huius sancti amoris saluberrimi uiuificum ac lucidissimum incendium. Ne proicias a corde tuo cito ignem: sicut mors est stultissimis hominibus. Sed quemadmodum cum uis uel lignum uel candelam accendere / radium coniunctum igni tenes illud / uel in ipso igne donec accensum fuerit. Non enim tam cito tactu ligna ignis uel calent uel ardent. Sic nec cor humanum cito cogitat / flammam istam diuine beneficentie: tam cito calere ex illa necesse habet. sed pro mora / hoc est pro morosa applicatione / paulatim calefit et tandem incendit. Causa autem in hoc / quoniam necesse est profundari in intima cordis credulitate huius beneficij / donec illud inheret et quasi radice in ipsis. Debes etiam hic attendere magnitudinem ignis istius / de quo ipsa ueritas in euangelio dixit / maiorem hac dilectionem nemo habet. Quia propter isto igne dilectionis / nullum malum. Et igitur manifestum est / quia facile calefit uel etiam accenditur et cor humanum: si diu illi applicaretur atque

coniungeretur. Et intendo si diu cogitatum et memoriam in illo teneretur. Ex quo manifestum tibi esse debet. quod salutaris / quod necessaria est iugiter recogitatio diuine passionis / incarnationis / et mortis. et similiter sacratissime eucharistie. Quamque efficacis rememoratio iugiter recogitatio ipsius. Quam nos diligat / quod tam crebro singulis diebus cum tantis muneribus nos uisitat intelligentibus euidenter ostendit. Et propter hoc in illo tam uenerando mysterio: ignem sacratissimi amoris sui mittere uenit in terram. pro magna magnitudine namque beneficij / imo pro immensitate in illo tam uenerando mysterio / ignem immensum siue dilectionis cordibus nostris ingerit et imittit.

De gladio spirituali quod debet mactari anima in oratione uel meditatione. La. LI.

**Est hec autem**

aggrediar etiam gladium tibi dare: uel potius illum unde accipias ministrare. Gladius igitur iste spiritus est siue spiritualis / uicem uerbum dei. sicut legitur ad Ephesum ultimo. Gladius iste penetrabilior est omni gladio ancipiti. sicut legitur ad Hebraeos. uicem huius acumen et penetrabilitas ex dolore penitentie et profundatione ipsius cognoscitur atque sentitur. Quia propter de sacris omnibus eloquijs / illa ad transfodiendum cor conscindendum et ad lacerandum eligenda sunt: que cor maxime penetrant et conscindunt: maximeque dolorem intimum penitentie ingerunt. hec autem quantum capio / efficacius hoc faciunt: que mala uitiorum et peccatorum nostrorum ostendunt et aggregant. Et intendo mala et que ipsa sunt / uel propter illa nobis iam irrogata sunt: uel imminet ex ordine diuine iusticie in futuro iudicio. Inter mala igitur: hoc primum tibi nominabo: mortem pessimam peccatorum / que uicem tam ipsam extinguit gratie / uel potius ipsa est extinctio gratie eius. Et hec que animam humanam a deo separat: qui est uita beatissima animarum humanarum / que tanto pernitiosior est: quanto gratia prestantior est quam natura tantoque magis timenda: quanto ipsa uita gratie amabilior est quam uita nature. Sacra igitur eloquia: que mortem istam tibi indicant uel ostendunt: proculdubio istam mortem pessimam ac pernitiosissimam ingerunt ac impingunt in penetrabilibus cordis tui. Unde igitur dolor cordi tuo incuti uel ingeri potest: si mors ista cordi tuo dolorem non ingerit.

## Capitulum

Presertim cum mors etiā corpalis q̄ nec vera mors est/nec mortis nomine etiam digna. Q̄d euidentis iudiciū ē/extinctū in eis esse vitalē atq; viuificū calorē bone dilectiōis cū flāme turpiū desideriorū cor eorū totaliter occupauerint atq; repleuerint. Qua ppter verū est q̄d dixi tibi. quia semiuuui h̄mōi sunt hoīes ⁊ vnusquisq; eorū ē h̄o q̄ incidit in latrones/ q̄ spoliauerūt eū. ⁊ plagis impositis abierunt semiuuuo relicto. q̄q; ⁊ vita h̄mōi dici nō possit/ q̄ mortē in aīa humana secū patit. Lōparatiōe tñ eorū q̄ obcecati sunt omnino v̄l ignorantia vel incredulitate/ h̄mōi hoīes quātū ē ex pte virtutis intellectiue nō ī merito viuere dicendi sunt. Logita igit ⁊ recogita mortem istam/ ⁊ opare cū auxilio diuine virtutis ⁊ grē p mortē istā mortificans eā in semetipā. ⁊ per semetipam. de morte ipsa vitā eliciens. Illaz eū inuenies nō solū mortē tuā/ sed etiā mortem sup̄plius. Dic igit in te ipso/ vicz in corde tuo. Dñe deus vita mea/ non solū dator vite mee: q̄s ē reus mortis mee tam male tam turpis: quis intulit mortem tuā: nisi ego? Quis me separet a te/ nō em̄ tu discessisti a me prior sed ego discessi a te. Nō em̄ deseruisti me/ sed ego deserui te/ vita mea Abiēs aut post ḡuitatem cordis mei pessimi/ verti ad te dorsum et recessi a te/ abiens post cōcupiscentias meas turpissimas atq; vilissimas. Ego ipse feci diuisionem ipam mortis/ vel pot̄ mortē in me te. Ego interposui chaos tetrū ⁊ horiferum inter me ⁊ te/ ⁊ vitā meā/ abyssum. s. vitiorū ⁊ pctōrū meorū. Ego sum q̄ me auerti a lumine tuo viuo: ⁊ a luce viuifica tua/ ⁊ immisi me ī mo me īmersi ⁊ ingessi potius in vmbra mortis/ ⁊ in tenebras vitiorū ⁊ pctōrū meorū. Ego sum q̄ in me extinxi vitā grē tue/ ⁊ mortem virtute baptismalis sanctificatiōis/ in me mortificatam/ viuificaui. imo sepissime p sensus mortiferos/ q̄b̄ p̄sensi subiectiōib̄ mortiferis/ ego mortē istā deletā/ de folio liberi arbitrii mei/ ⁊ de regno q̄ regnabā me p̄cipitās exaltaui/ ⁊ restitui in regnū p̄stinū. Ego sum q̄ p̄stratā illā erexi/ ⁊ exurgere feci in resurrectionem diabolicā. Ego sum qui hausi voluptates venenatas: quarū hastu vita grē tue nō mirū si extincta ē in me/ nō solū hauriebaz venena hui⁹/ sed etiā inebriabā me illis/ ⁊ sepe vsq; ad nauseā replebam me illis. Ego sum qui instar apri insanissimi irruētis in gladium venatorū/ impingebam me in gladios transfodientes aīam meā. Omnia nāq; cūcupis-

bilis gladii flāmei ⁊ igniti sunt: ad trāssodientes aīas hoīm insensatorū. Quoties quesui vt viderē cōcupiscibilia/ q̄tēs exquesui gladios istos vt in eis me impingerem/ ⁊ in eos tanq; aper insanissim⁹ toto impetu me darē: imo p̄cipitarē. Scio dñe de⁹ meus scio nūc te reuelante ⁊ docēte: linguas hoīm esse plenas veneno mortifero. sicut docuit ap̄tus tu⁹ Jacobus. Scio eas esse gladios acutissimos iacula ⁊ sagittas mortiferas. sic docuisti me p̄ Salomonē. Proverb. xxvj. Dñe deus me⁹ q̄tens exposui me sagittis istis gladijs ⁊ iaculis cōfodiendū. Adors inq; corpalis v̄l carnalis carorū tuorū tñ dolorē tibi ingerat vt vix de p̄solationē recipias: qua insensibilitate mortē istā spūalē ac pessimā absq; sensu doloris int̄mi sustines. Dices vtiq; mihi: quia mors spūritualis ista a deo mortificat cor humanū: vt sentiri seipm nō sinit. Et p̄p̄ h̄ nō videt eē mirum: si mortuū cor: morte ista spūali: nec ipaz mortē nec aliud de incōmodis spūalibus sentiat. Vere vtiq; dicis ⁊ verū dicis. sed reminisci debes: quia v̄ba dei spūs ⁊ vita sunt. sic dicit vitas Job. vi. Audiuiti etiā in p̄cedētibz qz illa ē virtus mirifica verbi dei: vt etiā mortui illud audiāt. Iazar⁹ illud audiuit q̄ quadriduanus putrescebat in tumulo: Ea ē impietas vocis dei vt mortui illi obediant. sicut apparet de ipso Lazaro: qui vocat⁹ noīe saluatoris cū eēt mortuus obediuit eidem. Iustus nāq; venire foras de tumulo statim produit ex illo: q̄ uis ligat⁹ pedib⁹ ⁊ manib⁹ institis. Q̄ diu igitur mortu⁹ ē hac pessima morte pctōrū: vocem dei nō audit. qm̄ aut̄ audire incipit illū. t̄cito ⁊ aliq̄ modo viuūt. Nō aut̄ vita gratie: q̄ mortem omnino extinguere ⁊ exterminare sufficit. Et ppter hoc semiuuui h̄mōi pctōrē: vocat dñs in euāgelio Luce. x. l. habet em̄ indubitāter aliqd vite q̄ mortē suā in qua fuit: vel etiā ē adhuc vtiq; videt ⁊ cōspicit. Plus at̄ habet vite si vel ad modicum dolet de morte h̄mōi. p̄l⁹ etiā si de ea etiā v̄l leuif erubescit. plus etiā si morti h̄mōi irascit. p̄lerūq; em̄ p̄us lumē aliqd salutaris cogitatiōis respicit vius interior q̄ affect⁹ recipiat aliqd vite spūalis. Et h̄ ē q̄d dicit Aug⁹ sup ps. vicz q̄ puolat intellect⁹. ⁊ sequit tard⁹ affect⁹. Et intēdo qz puolat intellect⁹ ad vidēdū mortē istā vitiorū ⁊ pctōrū vtiq; iacet aut̄ adhuc mortu⁹ affectus. Et in ipso tyro q̄ renouat⁹ ⁊ iuuenescit: ⁊ cū ipso spolio pelli sue vetustate deponit. verū circa oculos incipit ei fieri ista renouatio.

quoniam pellem vetusta in de circa oculos p̄-  
 mum eijcit et deponit. Sic fit etiā in multis pec-  
 catoribus / quia renouatio sanitas spiritua-  
 lis / vel vita potius incipit eis in oculis cordis  
 Et de illa vidua quam petrus Ap̄tus suscita-  
 uit in actibus apostolorū / vicz doctas / q̄ ipsa  
 primum aperuit oculos / et viso petro refedit.  
 Euidens est autē in multis litteratis / littera-  
 tis inq̄ in sacris litteris / vt videtur q̄ aliquid  
 vite spiritualis habet in oculis cordis / cū vi-  
 res motiuas .i. affectus / corruptissimos ha-  
 bent prorsusq̄ mortificatas. Neq̄ em̄ scintil-  
 la vitalis caloris / qui ē amor honestatis et ali-  
 orū que p̄pter des̄ diligēda sunt / nec aliq̄ etiā  
 minima scintilla calet in eis / cū nihil omnino  
 diligat de his / que ad honestatē p̄tinēt. Con-  
 traria vero .i. vitiorū suozū voluptates et tur-  
 pitudines / totis desiderijs cōcupiscant / et totis  
 studijs acq̄rūt. Adijciūt etiā ad cumulū  
 maloz suoz / vt et honestatē et decorē morū lau-  
 dabilium / quā in se extinguit atq̄ radicē extir-  
 pauit / tāto in alijs odio p̄sequētur / vt nec  
 verbū de illa audire nisi molestissime possint.  
**Q**uoties scire volui et inquisiui etiam quid  
 de me dicerēt hoies / nesciebā dñe quia fmo-  
 nes laudatiū molliti erāt sup oleū / nūc autē te  
 reuelate scio q̄ hui⁹ fmoēs iacula sūt mollita  
 sunt trāsfigētia corda stultoz. Scio dñe et nūc  
 te docēte / q̄ fmoēs detrahentiū iacula sellita  
 sunt. Ista iacula et illa nō declinaui / s̄ etiā eis  
 trāsfigēdi cor meū insanissime et vicib⁹ inu-  
 merabilib⁹ exposui / et iacula hmōi q̄b⁹ aia nra  
 trāsfigeret q̄tiēs exq̄suerā / tu scis dñe de⁹ me  
 us. Scio tñ te docēte / q̄ fmoēs adulationuz  
 et detractionū / flat⁹ v̄toz pestilētissimozum  
 sunt validissimi / ad extinguedū lucernā scita-  
 tis et gr̄e tue / q̄tiēs exposui eam flatib⁹ hmōi.  
 Quid q̄ mirū si extincta ē / plerūq̄ flat⁹ istos  
 vt cor meū p̄larēt p̄curauī et q̄siui. Ego igit̄  
 ego ip̄e sum reus / tot et tāta extinctionū vite  
 mee q̄viuebā ex gr̄a tua / ve mibi q̄ afflat⁹ istos  
 vel vnq̄ exq̄siui / vel vnq̄ amauī / vel sustinui  
 mibi extinctōē viuifice lucerne gr̄e tue .i. mor-  
 tem sp̄ualē aie mee / docuisti me dñe de⁹ me⁹ p̄  
 Salomonē / Proverb. xvij. q̄ sic in igne p̄bat  
 aurū / et in cōflatorio argentū / sic hō p̄bat ore  
 laudatiū. Hoc igit̄ docuisti me q̄ ignis vehe-  
 mētissimi ardoris sūt v̄ba laudatiū. Hō dñe ne-  
 sciebā. P̄opt̄ h̄ ad instar furiosi vel poti⁹ de-  
 moniaci / in ignē istū q̄tiēs poterā inieciā me  
 Quid igit̄ mirū si miserima aia mea / in tātis  
 ardorib⁹ sepe incēdio perijt. Si oīa bona mea

tātis ardorib⁹ exusta sunt et p̄sumpta sūt / nō  
 tā mibi ad iracūdiā / q̄ vt ait Greg. a teip̄o edo-  
 ctus / velut pestis totā mētē degradat. Et d̄  
 q̄ verissime dici potuisset / q̄ velut icēdiū aiaz  
 totā vastat nihil ex bonis gr̄e tue prorsus re-  
 linquēs. Quid p̄seq̄r de singulis vitijs meis  
 et pctis q̄b⁹ velut imanimissimis beluis deuorā-  
 diū me tradidi / q̄ em̄ ex hmōi beluis de misera  
 aia mea nō ē satiata. Ego miserrim⁹ et insanissi-  
 mus q̄si oēs iuitassem oibusq̄ p̄uiuiū p̄paraf-  
 sem. Et q̄si dixissem v̄bis tuis / q̄ posuisti in ore  
 Esa. pp̄he. vniūse bestie salt⁹ cōuenite ad de-  
 uorandū. Sic oib⁹ p̄curationē opulētissimaz  
 de aia mea et p̄parauī et feci. Hec q̄dē dicenda  
 sunt ab hoie hūte p̄ciam / q̄ oī genere vitioz  
 et pctoz se maculauerit. Tūc autē ē pctōr q̄tū  
 capio / qui nō multas catheruas demonuz de  
 aia sua sp̄ualit̄ pauerit / mltasq̄ eis p̄uiuiā de il-  
 lis fecerit. Dū melaudabant / q̄d faciebā dñe  
 de⁹ me⁹. Nūquid nō flatu oris mei lucernam  
 scitatis tue extinguebā / et cor meū lapidē / q̄n  
 dā sp̄ūscī / ip̄emet insans extinguebā. An mor-  
 ti nō sp̄ patuerūt fenestre dom⁹ mee .i. oculi-  
 sūt et aures. Q̄ para fuit lingua mea ad stulti-  
 loq̄a et maliloq̄a q̄b⁹ aia extingueret. Q̄ pa-  
 rate man⁹ mee ceteraq̄ mēbra corpis mei ad  
 exhibēdum se arma iniqtat̄ pctōr. Q̄ plenuz  
 fuit os meū sp̄ amaritudie et dolo. Quis vnq̄  
 mibi q̄d displiceret locut⁹ ē / et nō paratissimū  
 ac copiosissimū me iuenit ad r̄idēdū ei deteri-  
 ora / ac si ad v̄suras grauissimas recipem / q̄cū  
 q̄ mibi bona v̄ mala dicebāt vel fiebāt. Dñe  
 de⁹ me⁹ q̄to maiora q̄to plura q̄to deteriora  
 reddidi maledicētib⁹ mibi et malefacientib⁹ si  
 reddē potui talia / sin autē volui. Dñe de⁹ me⁹  
 vñ mibi tāta p̄nitās / tāta mibi p̄mptitudo in  
 oī genere mort̄ aie mee / vñ mibi amores et de-  
 sideria cuiuscūq̄ mort̄ aie mee / cui furiosa fu-  
 it tāta volūtas / fuit inq̄ trāsfigēdi se in oēm  
 ignē et aquā / et in oēm mort̄ piculū. Dñe de⁹ me  
 us vita mea et sal⁹ mea q̄d videbā in te vel sen-  
 tiebā ex te / vt tātis studijs / tātis insanissimozū  
 desiderioz ardorib⁹ q̄rerē discedere a te / et in  
 mortē meā ire. Dñe de⁹ me⁹ delicie tue sūt ec-  
 cū filijs hoīuz / delicie tue erāt ec̄ meuz. Ego  
 v̄o discedebā ac fugiebā ac si mors mea ec̄ ec̄  
 tecū / et mortifera inseq̄bar / et ad ea currebam  
 eisq̄ adhuc ihereo si ip̄a v̄ ec̄nt v̄ sint adhuc  
 in vita mea. Lamabat ad te scūs David. Ne  
 discedas a me / ne discesseris a me / ne elonge-  
 ris a me. P̄oculdubio cognoscebat te e vita  
 suā / cui⁹ discessum et elongationē sic se formi-

## Capitulum

dare ostendebat. Si propter quod dicebat ne discedas a me. An est possibile ut imēstas pietatis et dulcedinis tue pmittat huiusmodi ut discedas a quocumque vel deseras ipsum. tu enim dixisti iam pluries ego propter te nouissimum in decessu. propter te enim in diligendo et adherendo atque appropinquando nobis. Non enim deseris nos nisi prius deserat es a nobis: si solummodo postquam nos elongauerimus a te. sic dixit spiritus os David. Ecce qui elongat se a te pibit. Quid ergo quod clamat sanctus David. ne discedas a me: ne discesseris a me. et ne elongeris a me. Cum huiusmodi sit purissime voluntatis tue. vicis ut nos alij deseras vel relinques. huiusmodi clamabat: ut tu ipsum seruares: et ut ipsum se abijcere non permitteres. Ac si diceret. Conserua me mihi/et me tibi. Nisi enim custodieris ciuitatem: frustrabitur quod custodit eam. Quid ergo dicit deus meus decepti me: quod illudit mihi: quod suadet mihi tam infelix commertium: tam mortiferam commutationem: ut te vitam et gloriam commutare: in morte pessima ista: ut si te vitam meam et salutem desererem: et mortem istam vilissimam atque turpissimam amplecterer. Dicit deus meus non erat voluptas nec illa utique veritatis ac veritatis: sed fallax et fallacia: et ab ebriodormiente somniata. propter igitur inebriauit me: et soporauit cogitatio temptatiōis: leuiatū dicit et dormientem: facile fuit in istud tam fantasticum tam noxie illusionis illicere: propter huiusmodi vigilatissime percipisti dicit deus meus. parū differt dormiens a mortuo. Nihil enim sensus habet aut virum ligatus est sensus interior: et omnes vires corporis. Dicit deus in ista ipotentiā duxi me: ut nihil possum horradormitiōis et somniatiōis istius. protra hostem vel aduersarium meum. Elites quod ex virtutibus et donis tuis habebam: et arma etiam pieci: nec auxiliū tuum iuocauit: quod promptissimum adiutor es omnibus in uocantibus te in veritate. hoc utique facere debuisset: et antequam irrueret in me ista temptatio: et in ipso etiam temptatiōis initio. Ego dicit miserum atque vilissimum et omni bono indignissimum: omni dānatiōe et morte dignissimum: oino me auitate et in istum infernalē lethēum/fluuiū voluptatis mortifere me immerfi: dicit deus meus ac si dicit voluptas esset quod me ad lethargiā spūalē istā induxit. In illa comparatiōe suauitatis tue: et cōpassiōe iucundissimi me ac viuifice societatis et habitatiōis tue. Absit enim ut ait tunc et sapiētissimum Augustinus. ut tanta delectatio sit in vitis: quanta in vitibus. Si placuit voluptas: ubi eam insanissimum querebā: ubi quereere illā debebā: nisi in te fonte vnicō suauitatis incogitabilis. Abserrim ego et insanissimum corrupti palatū cordis mei: infeci ipsum: et idui

ipsum spurcitiā somneitat istius: et illusorie voluptatis. Desijt ergo mihi sapor dicit ac pura et perpetua bonitas: desijt mihi sapor multitudinis dulcedinis tue dicit. Quia sic dicit beatus Augustinus dicit huiusmodi expositio: nens: ei soli sapit quod palatū cordis non perdidit: sed febre iniquitatis. In huiusmodi profundū mortis mee dimerfi: et non percipiebā quod in eis sunt. Cum spiritus perdidit erat: et de illo viuebā: spūalis exitebā: et diuindicabā oia: tūc non erat carni vel diabolo loci deceptiōis vel illusiois. Tūc enim de vigilas erat interit. Vigilia dicit: somnia non solum non admittit: sed etiā proorsus extirmit et excludit: tūc certissimū erat mihi: verissimā purissimā viuificatiōis: et super omnem cogitatum esse bonitatis tue suauitatem et omnem alium etiā si dicit est abominationē esse horrificā. Sic me insanissimum ipse in morte dedit: extingues in me spiritum vite: et inspirationē sanctissimā: quod ex te viuebā. Et ex hinc factū est mihi ut mors ipsa mea delectabilis mihi sit: et placeat mihi: Cetera vita quod tibi preciosissimum adhibebā: mihi non solum molesta sed intolerabilis sit: quod pueritate quod maior insania cogitari possit: dicit deus meus. Si supbia mors mea est: propter quod quocumque extra mis ipsum: quod mors turpior et vilior est aut ridiculositate ei compabilis: Cum enim sola vita huiusmodi iatiōnis nostre sub omnipotenti manu tua: nos tibi sola coniungat et societ. proculdubio supbia est quod nos a te separat: quod vita dicit ac beatitudo est aiaz nostrarum. Quid enim supbire est nisi supire: quod est de imo futuris: vltimēque subiectiōis quod deo subesse debemus in sublime altissimum ac falsissimum quod alijs hominibus super volumus ac posse: quod quod ridiculosi cogitari potest. propter quod sapiēter ait sapiēs Seneca dicit. Si videres murē vnum dñari ceteris muribus: risum teneres. Quia propter cum nihil amplius huiusmodi homo: quod est ex natura et cōditiōe sue speciei: quod alijs aliorum: protra ius et legē nature est: ut velit alijs hominibus dñari. Quod si quod sciētie vel prātis vel alteri cuiuscumque excellentie cuiusque a creatore donatū est: alijs in eo fuisse tenetur et nullatenus appropriare sibi illud debet. Quare manifestū est: furti illius rei effici: quod tale donū quod idubitanter publicū est: sibi soli appropriare presumit. Cuius autem exemplū euidentissimū in visu auditu: et in vno quoque officio aliorum quod membra singula perditā sunt. Ad enim licet vel possibile est naturaliter oculis appropriare visum sibi quod utique dat est eis vel potius iposuit tanquam officio: non propter se sed propter totū hominem atque totū corpus ut dicit Gregorius super Ezechiel. Quia sic huiusmodi de lumine scie: quod nulli ex sapiētibus propter se solum datur: sed propter corpus ecclesie dei. Dispensatio igitur

**I** sola luminis istius tradita ē unicuique ex doctoribus sacris. Quia propter manifestum est quod furti imo tam execrabilis sacrilegij rei sunt. Quia lumen scie diuinalis sibi appropriare presumunt. Puto autem hanc esse causam propter quam perierit plerique sapientia a sapientibus et intellectus prudentium vel prudentie potius abscondit. Quia benignissimum deus in omnibus donis suis vult habere prudentes et largos atque liberales dispensatores: non sacrilegos et auaros raptores. Non igitur mirum est si furti et latronibus tam preciosa dona sua conicere vel credere non vult deus. Ita enim doctus sum ex pabolis euangelicis: quia suis fidelibus multiplicat dominus talia tradita. Manifeste igitur video te illuminare domine deus me: quia iuste deseris superbiētes in donis tuis: et videntes his tanquam suis. Desereris ab eis pro eo quod superbiunt contra te superbiunt a dispensatione donorum tuorum sibi tradita. In dominum imo in rapinam usurpare appropriacionis: in qua non solum tibi iniuriant mysterium tue dispensacionis abiciens: sed etiam toto corpori ecclesie / cui bona omnia per rapinam sacrilegam sibi usurpant et appropriant. Ibi in abbacia dei in qua christus dominus deus abbas est in qua sanctorum consuetudo est conicatio sancti spiritus in officio. Proprietarij sunt effecti. et non conicantes bona omnia: et sic exconicant tam pie conicantes: exconicati sunt et a conione viui corporis mystici tui / quod ecclesia seipsum sua pueritate reddunt alienos. Et propter hanc vitam quam de conione sanctissimi corporis huius accipiebant et recipiebant: sibi inmet ipsis auferentes. membra quae pro pro corpore separata: ipsa separacione moriuntur et arescunt. Et a te igitur vita haec aia tua deus me / et a corpore sacratissime ecclesie tue / quam spiritus tuus viuificat et regit me separauit ista superbia / piter et auaricia. Quia propter domine deus me si feci istud: et si iniquitas haec in manibus meis. Ego solum actor mortis mee et verus homicida mei ipsi / quia iusta est damnatio domine deus me damnatio superborum: et quia rectum est quod sequi / quod pro omnia laudanda iudicium tuum de ipsis. Quia iusta desertio: quod eos deseris et sibi inmet ipsis relinquis. Quia magna est ira tua / dum eos si superbiis dimittis: neque enim sanior potest esse furiosus in inimicis: quia ipse sibi sit. Non potest ei esse furiosus in insidiator: nec vigilatio: procurator: mortis / quia ipse domine deus me. Non potest furiosus carnifici crudeliori tradit: quia ipse sic suis manibus pessimis seuisissimisque tradit / furiosus sibi ipsi sic relictus. Domine deus quod vidit vel videre potest insanias deserentium te: et recedentium a te: nisi cui tu ipse illuminaueris. easque reuelaueris: domine deus me quia amara est mors ista / quae se a te vi-

